Item Statuimus quod nullus doctor perusinus electus cum salario per dictos sapientes debeat mitti pro ambasiatore ad aliquam ciuitatem vel dominum nisi de licentia & mandato dominorum priorum & camerariorum: & si mitteretur in ambasiatam a dictis dominis prioribus & camerarijs consequenter debeant salarium sibi promissum per dictos sapientes ac si legisset tempore quo stetit in seruitio communis pro dicta ambasiata.

Item Statuimus quod rector dicti studij quolibet anno quo rector fuerit hic debeat a conseruatoribus monete communis perusie de quibuscunque introitibus ipsius communis pro suo salario .xxv. flo. auri.

Item Statuimus quod nullus possit eligi in rectorem dicti studij per eos ad quos spectat electio nisi pro vno anno dumtaxat & a dicto rectoratus officio vacare debeat per triennum computandum a die finiti officij dicti rectoratus: & si secus fieret talis electio sit ipso iure nulla: & eligens puniatur pena .C. lib. den. applicanda communi perusie: possit tamen super hoc dispensari per vniuersitatem & per dominos priores artium ciuitatis perusie.

Item Quod in ptinētibus ad iurisdictionē rectoris studij doctores ⁊ scholares forēses debeāt in licitis ⁊ honestis obedire dcō rectori/exceptis scholaribus domus sapiētie q̄ sint ⁊ eē intelligant exēpti ab omni iurisdictiōe dicti rectoris ⁊ ēt exceptis scholaribus gramatice q̄ similr sint exēpti a dicta iurisdictione.

¶ Item q̄ studētes religiosi ⁊ ēt magistri in sacra pagina in oībus habeantur ac si essent doctores ⁊ scholares vniuersitatis studij Perusini.

¶ Item q̄ nec rector nec camerarius vniuersitatis possint obligare vniuersitatem studij nisi mādatum speciale haberent.

¶ Itē q̄ tpe sindicat⁹ rectoris ⁊ camerarij vniūsitatis studij debeat pōr collegij eligere duos doctores q̄ sint cum sindicis electis per vniuersitatē pro rectore ⁊ camerario sindicando.

Item Quod oēs officiales cōis pusie q̄cūq̄ noīe censeant debeāt fauē pcō rectori ⁊ eoꝝ auxiliū eidē impēdere circa executionē eoꝝ q̄ ptinent ad iurisdictionē dicti rectoris ⁊ mandata licita ⁊ honesta dicti rectoris executioni mandare.

Item Statuimus q̄ quilibet scholaris forensis debeat dare ⁊ soluere doctori sb̄ q̄ itrat vnū florenū auri p collecta sicut ab antiq̄ ꝯsuetū est fieri:ad quā soluēdā cogi possit ⁊ debeat talis scholaris p rectorē studij pusini:Et si dictus rector in p̄dictis esset negligēs puniat pena.C.lib.dcñ.applicanda cōi Perusie ⁊ ei de facto auferenda p quoscūq̄ officiales comunis Perusie.

¶ De taxatione ⁊ limitatione expēsaꝝ fiendaꝝ p doctorādus in studio pusino tā in puato examine q̄ ēt in publico. Rubrica.212.

Quoniā Retroactis tpib⁹ multi scholares in studio pusino studuerūt postq̄ in sciētia pfecerūt ⁊ ad alia studia se cōtulerūt:Et in illis studijs puatā vel publicā receperūt nec puataꝫ nec publicā in studio pusino receperūt pp graues ⁊ imoderatas expēsas q̄s eos facere oportebat tā in puato exaīe q̄ ēt in publico:Quas expēsas tales doctorādi subire nō poterāt:qd in dedecus dcē ciuitatis ⁊ studij pusini diminutionē ꝟgit:Ideo dcās expensas volētes refrenare taxare ⁊ limitare ad hoc vt dicti scholares doctoratus i pusino studio suscipiāt:Statuimus ⁊ ordinamus q̄ nullus doctorandus in aliq̄ sciētia ⁊ facultate in pusino studio possit nec debeat confectiones dare tpe sui priuati examinis nec tpe q̄ recipit publicā nisi aīr de ipsius doctorādi pcesserit volūtate/habita tñ prius licētia a dn̄is prioribus ciuitatis Perusie.

¶ Item non teneatur nec debeat dare vniuersitati dicti studij nisi vnum florenum.

¶ Item non teneatur nec debeat dare dicto maiori nisi vnum florenum.

¶ Item non teneaſ nec debeat dare priori doctoꝝ studij nisi duas libras confectionum.

¶ Item non teneaſ nec debeat dare priori doctoꝝ .v.flo.auri quos prius dare ei consueuerat p rectorie vtilitate vel doctoꝝ conuiuio.

¶ Itē nō teneaſ nec debeat dare doctoribus capellinas ⁊ q̄s pus eis dare ꝯsueuerat nisi de doctorandi pcesserit volūtate ſꝫ solos guātos pter q̄ doctorib⁹ sub qbus recipit publicam:quibus teneaſ ⁊ debeat dare capellinas ⁊ guantos/quaꝝ capellinaꝝ quelibet sit valoris.xxv.sol.dcñ.

¶ Item nō teneaſ nec debeat dare notario vniuersitatis dicti studij nisi medium florenum.

¶ Itē nō teneaſ nec debeat dare doctori pncipali sb̄ q̄ pncipalr examinaſ ⁊ publicā recipit/nisi.x.flo.auri p eius indumēto ceteris aūt doctoribus sb̄ qb⁹ secundario examinaſ ⁊ publicā recipit debeat dare octo flo.p dictis indumentis ⁊ minorem q̄ntitatem q̄ predictā nullo modo dare debeat.

¶ Itē nō teneaſ nec debeat dare notario collegij doctoꝝ doctoꝝ pusie nisi mediū florenū auri.tantum.

¶ Itē nō teneaſ nec debeat dare bidello gñalis studij pusini tpe sui puati exaīs nec ēt tpe q̄ talis scholaris recipit publicaꝫ nisi.ij.flo.tm̄/quos duos flo.dictus bidellus hēc nō debeat/nisi paruerit mādatis prioris doctoꝝ in pertinentibus ad studium.

¶ Itē nō teneaſ nec debeat dare doctorib⁹ q̄ intersunt i puato exaīe nisi.ij.flo.tm̄ vꝫ cuilibet doctori.i.flo.tpe puati examinis ⁊ aliū flo.tpe q̄ recipiet publicā ⁊ minorem q̄ntitatē q̄ predictam dare nō debeat exceptis doctoribus sub qbus recipit publicā quibus dictos flo.dare non debeat.

¶ Itē nō teneaſ nec debeat dare magro lignaminū p banchis que ponunſ tpe quo recipit publicā:Et q̄ magister illas bancas acōmodat doctorando tpe conuentus nisi duos florenos auri.

¶ Itē nō teneaſ nec debeat dare cāpanario sancti Laurētij q pulsat cāpanā tpe puati examinis ⁊ tpe quo ꝯuentuandus recipiat publicā nisi vnū flo.tm̄.

¶ Item non teneatur nec debeat dare tubatoribus cōis Perusie qui tubant tēpore quo doctorandus recipit publicam nisi duos flo.tantum.

¶ Itē statuimus q̄ q̄cūq̄ doctor vel scholaris sic ꝯuētrādus fecerit ꝯ p̄dcā q̄ puniri debeat pena.c.lib.dcñ.q̄ fcō ei auferēda p q̄scūq̄ officiales cōis pusie.

¶ Additio.

Ad pinsertuꝫ ⁊ prime subsequēs caplm replicamus additionē in scdo prime pcedēti caplo positā q̄ quā circa p̄dcā ad materiā faciētia suari mādam⁹.

¶ Quod scolares doctorandi in Perusino studio recipiant publicaꝫ publice in maiori ecclesia Perusina. Rubrica.213.

Quoniam Multis tpibus retroactis scholares studētes

in Perusino studio post eorum puatū examen ad doctoratū pmouebant secrete & secrete & clandestine doctoratus insignia recipiebāt nec faciebāt publicas publice nec doctoratus insignia recipiebāt publice i ecclā maiori ecclia:qđ redūdabat i magnā verecūdias dce ciuitatis & in dedecus pusini studij: Statuim⁹ q de cetero nullus scholaris ciuis nec forēsis in dcō studio studēs ad puatū examen recipiat nec ad doctoratū pmoueat nec doctorat⁹ īsignia recipe possit ab aliquo doctore ciue nec forense nisi bmōi publicā & publice faciat in dicta maiori ecclia pusina & ibidem publice doctoratus insignia recipiat a suis doctoribus/Saluo nisi esset paup. Et de paupertate eius stet declarationi duarum partiū doctorum collegij misso & obtēto partito inter eos ad bussolas & fabas: Et illud idem statuimus in scholaribus qui in alijs studijs studuerūt & veniūt ad studiū pusinum & doctorari volentibus: Et quicūq doctor vel scholaris cōtra predicta venerit puniat pena.C.flo.auri applicāda cōi Perusie & eidem de facto auferēda p quoscūq officiales cōmunis Perusie.

Item statuimus q si aliqs scholaris in alio studio q̄ Perusie fuerit exāminatus in aliqua sciētia vel facultate & in puato examine approbatus p doctores de q̄ examinatione & approbatione appareat p publicū instrm & velit doctoratū suscipe in pusino studio q tūc possit doctoratū suscipe sīn nouo exaie.

Item statuimus q rector domus sapiētie pusine q est & p tpe erit teneat & debeat recipere iuramētū ab oibus scholaribus dicte domus q nunc sunt & in futurū erūt q nō suscipiāt puatam nec publicas nisi in studio Perusino: Et si talis scholaris noluerit dcm̄ iuramētū pstare q tūc p rectores dicte domus expelli debeat de dicta domo & puet talis nō iurās oi priuilegio cōmodo & vtilitate dicte domus: Et decetero recipi nō possit nec debeat in dicta domo pena rectori dicte domus q in predictis negligens fuerit.C.lib.dcn̄.applicāda cōi pusie & ei de facto auferenda per quoscūq officiales cōis Perusie.

De officio officialiū sup refectione viarum/fontium murorum & portarum ciuitatis pusie & gnaliter oium que quolibet spectare noscuntur ad ornatū ciuitatis. Rubrica.214.

Item Cū adea que ad ornatū & decorē ciuitatis ptinere noscūtur sūma diligentia sit vacandū & puidendum: Et inter alia q ornatum ciuitatis quolibet spectare noscunt sit refectio viarum & fontium ciuitatis burgorum & suburgorum Perusie & ipsarum viarum & fontium pseruatio: Nec nō pseruatio & refectio murorum & portarum dicte ciuitatis Perusie: Jccirco duximus statuēdum q priores & camerarij teneant & debeat eligere vel de saccbulis cōis pusie publicare & publicari facere tres bonos & idoneos viros de āno in annū vz de porta in porta q sint & esse intelligant officiales sup acōcimine & matonatione platee & viarum ciuitatis & reaptatiōe fontiū ciuitatis burgorum & suburgorum Perusie murorum & portarum dicte ciuitatis & ipsarum cōseruatione & manutentione in bono & honorabili statu put videbint conuenire cum salario puisione put duxerint ordinandum: Qui officiales possint teneant & debeant eligere vnū fancellum & vnum notarium expertum cū salario & puisione declarādo p dictos dños priores & camerarios: Et qr dcm̄ officium debite executioni demādari non posset p dictos officiales nisi puideretur vnde possint pecunias pcipere certūq introitum eisdem deputare: Jdeo hac lege imperpetuū valitura: Statuimus & ordinamus p decetero gabella.ij.sol. p qualibz libra que soluitur & solui debet in camera pseruatorum cōis Perusie & ēt retineri de oibus solutionibus fiēdis per dictos cōseruatores sit & esse intelligatur dpūtata p introitu dictorum officialiū: Et q conseruatores monete cōis Perusie de mense in mēsem teneatur & debeāt visa electione dictorum officialium dūtaxat oēm q̄titatem quam summabat dicta gabella dare & soluere dictis officialibus vsq ad q̄titatēm.cccc.flo.pro quolibet anno sub pena.cccc.lib.dcn̄. de facto dictis pseruatoribus auferēda tpe eorum sindicatus: Statuentes q dicta gabella nō possit aliqua via vel cā p pseruatores vel p aliquos alios officiales cōis pusie quauis auctoritate & arbitrio fungerent in aliū vel in alios vsus puerti vel deputari sb dcā pena: possint insup & teneant & debeāt dicti officiales facere aptari guazatoria equorum lauatoria apta ad lauādum pānos lini & lane veteres: Jtē facere aptari calzū scī Herculani & clusas cōcbe iuxta fontes coptas & calzū bolegarij & ēt facere aptari viā siue stratā vallis valianis que via incipit iuxta monesteriū scē Margarite & vadit vsq ad pōticellum ville capi: Et generaliter oia alia facere que pmissa sunt p statuta cōis Perusie & que generaliter & quolibet concernunt & concernere possunt decorem & ornatum ipsius ciuitatis p quibus dicti officiales dictas pecunias expēdere & erogare possint put viderint conuenire/qui officiales fancellus & notarius finito eorum officio debeāt sindicari p maiorē sindicū cōis pusie: Que electio & publicatio de saccbulis fiat & hīc locū intelligatur & fieri debeat finitis pñtibus saccbulis cōis pusie aliquo in contrarium loquente non obstante.

Ordinamentum p augumentatione maestatis de volta. Rubrica.215.

Considerantes Predicti statuta condentes q inter cetera loca deuotionis que sint in Ciuitate Perusie vel prope/& ad quem populus Perusinus magis deuotione trahatur: est locus maesta/

tis sub volta palatij potestatis. Jdcirco vt pserue manuteneat et augumentetur in bonu: visum est eis singulariter puidendu sup eo: in qua puisione est necesse vt effectum heat qd premittit necessariu fore vnum viru in dicta gubernatione esse pcipue prepo nendu: et q ibi pcsit homo bone pditionis et vite eidem maestati deuotus et aiatus ad conseruandu et manutenendum et honorandu locum prefatum in honore beate virginis: ad cuius manus peruenire debeat oes fructus redditus et puetus ipsius mae statis et loci ita q ad nullu aliu/q semper scribere debeat et teneat oes dictos fructus redditus et pue ctus ad manus eius puenidos in quodam libro q semp videri et inspici possit de qbus fructibus red ditibus et puetibus talis officialis regi possit et gu bernari sm pditionem sue psone: Et arbitriu au ctoritatem et plena potestatem heat vedendi et alie nadi de rebus mobilibus dicte Eccle seu loci mae statis quesitis et in futurum queredis et pmutandi et in aliu vtilem et vsu puertendi p augumetatione predicta auctoritate psetis legis: Qui tn res dispo sitas ad honore dicti loci et ptinnus vsum et ad diui num officiu preparatas vendere non possit nec per mutare nec aliq titulo alienare nec extra dcm loco trahere nec alicui accomodare: Qui officialis de dictis fructibus et puetibus viuere possit sm con ditionem suam et sue familie et ipsos in suum vsum puertere sm qd sue discretioni videbit et placebit: Residuu vero qd superesset pauperibus erogare te neatur et debeat: Qui officialis ibidem debeat co tinue ad custodias habitare et morari ita q semper custos inueniat: ita q per prauos hoies dannum ibi dari no possit in rebus oblatis dicte maestati et dco loco: Et qr ad psis reperitur deputatus ad custo dia dicti loci Johanes sensij de porta sancti Angeli Volumus et statuimus q dictus Johannes et alij custodes ad predicta deputandi teneant et debeant annuatij sindicari et reddere ronem administratio nis et gestionis dicti officij dnis psulibus artiu mer cantie et auditoribus artis cabij ciuitatis Perusie pena dictis psulibus et auditoribus si negligentes fuerint annuatij in reddedo mo predicto dcaj rone administrationis.C.lib.den.p quolibet ipsoz et si mili pena puniatur dictus custos si ad requisitionem predictoz dictam ronem reddere noluerit: Statue tes q reuisioni et calculationi et declarationi dicte ronis mo predicto stetur et pareat tacq snie siue sit absolutoria siue pdenatoria et p oes et ab omnibus magistratibus debeat obseruari/et tamq snia que transiuit in rem iudicata debeat executioni mandari sub pena.ccccc.lib.den. Et ad hoc vt dicti consules et auditores sint magis soliciti et propti ad pdictaj rationem reuidendam/et ne p ipsos de predictis ali qua ignorantia possit allegari: volumus q psis ordi namentum registretur in matriculis mercatorum et artis cambij p notarium ipsaz artium: Et teneant in principio eoz officij predicta obseruare.

¶ De electione et officio consultoz sindicatoz po testatis et capitanei. Rubrica.216.



Quia Quorucuqs agedoz q fuerint vtilis expietia manifestat: Hinc est q officium consultoz forensiu q consulere habent sindicatoribus dnorum potestatis et capitanei ciuitatis Perusie vtile videat et qj plu rimum verius necessarium psiti caplo duximus sta tuendu q p qndecij dies an finem officij officialiu dnoz potestatis et capitanei ppli maioris sindici ci uitatis Perusie dni priores artium q p tpe fuerint habeant arbitrium eligedi et vocandi p lras vel alr assessorem et consultore officialium sindicandoz et eidem salaria constituendi prout in ordinamentis comunis Perusie continetur.

¶ De officio officialium super vijs/fontibus et po tibus. Rubrica.217.

Quia Officiu officialium sup vijs fonti bus atqs pontibus pseruandis ne du vtile imo verius necessarium iudicat: et ne p offi ciales forefes occasione talis officij indebita graua tio vel molestia inferatur: Et qr sepe ptingit q oc casione pontiu et viaz et similium in qbus debitus modus excedit iri oportet: prouidemus et ordina mus ex auctoritate et arbitrio supradictis: q dein ceps eligant qnqs boni hoies de pplo perusino vj vnus p porta: quoz officiu durare debeat vno ano de qbus fiat saccbectus et trahant de anno in annuj quoz quilibet sit p sua porta: Qui teneant et debeat saltem semel in singulis duobus mensibus ire in co mitatu et inspicere et puidere vias maxime pncipa les et publicas pontes/fontes et similia et vbi defe ctum in talibus inuenirent q eo casu adiacentibus locis portiones talis opis assignet p castra et villas put miserit: et castra et villas et eoruj territoria que no reperirent terminata et designata distiguere ter minare et assignare vt eis videbitur esse conuenients et tales adiacentes.J.tertiam die a die talis assigna tionis debeat facere de se ipsis vel aliude vt placue rit eisdem supzestites qui fieri faciat tale opus expe sis adiacetium predictoz: Et assignet terminus p dictis ad coplendum predicta p dcm officialem co petene: vt qlitas negocij suadebit/que oia scribant in publica forma et p publicum notariuj que qlibet dictoz officialiu ducere et hre debeat et ad saccbectu eligi vna cu officialibus supradictis et eo mo/infra quej terminum si tale opus/nisi legitima ea subsit/ copletum non sit

completũ non sit quelibet vniuersitatum adiacentiũ .C.lib.deñ.penã incurrat de facto per iudicem iustitie auferendã: Et credatur ⁊ stetur relationi officialis predicti ⁊ scripture dicti notarij: Et nihilominus elapso tali termino p dcm̃ iudicẽ ad pfectionem talis operis realr ⁊ psonaliter cõpellanẽ ad instantiã dicti officialis ⁊ alterius cuiuscũqȝ petentis sub dicta pena: Qui officiales ⁊ eoꝝ notarij dũ iuerint ad predicta stare vel morari nõ possint in comitatu occasione p̄dicta ad salarium vltra quinqȝ dies in dictis duobus mẽsibus: ⁊ hẽant ꝓ ipsoꝝ salario quolibet die ⁊ quolibȝ eoꝝ .xxx.sol.deñ.dũtaxat soluendos p massarios cõis Perusie sine aliqua apodissa vel mãdato sub dicta pena: Et q̄ dicti officiales vel notarius vel aliqs ipsoꝝ non possint audeãt vel p̄sumant a comitatẽsibus perusinis vel alia psona tacite vel expresse aliquo colore quesito pcipere vel hr̃e aliqđ salarium vel aliam rem vltra salariũ supradictum pena cuilibet ꝯfacienti ꝓ vice qualibȝ .C.lib.deñ. Et de predictis oĩbus p maiorem sindicũ expresse debeant sindicari aliquo non obstante.

Additio.

Addentes dicimus vltra contenta in p̃nti capitulo debere seruari statutum de materia loquens de quo.s.in p̃nti volumine cum additionibus ⁊ correctionibus.s.factis in fine eiusdem statuti seu capli.

Item ad scđam ꝓxime precedentem Rubricam de electione ⁊ officio consultoris sindicatoꝝ potestatis ⁊ capitanei: per errorem omissam.

Addimus ⁊ declaramus dictũ cõsultorem debere esse ciuem perusinũ ⁊ doctorem collegij doctoꝝ dicte ciuitatis prout hactenus obseruatum fuit.

De officio officialium sup anguillis mittendis in lacu Perusino. Rubrica. 218.



Item Ut lacus predictus ãguillis vberius abũdet: Et vt q̃ntitas anguillarũ in lacu predicto mittenda nõ possit aliqualr defraudari: statuimus ⁊ ordinamus q̄ eligant ⁊ eligi debeãt p viaȝ sacchecti continue vnus bonus homo ⁊ vnus notarius quoꝝ officium duret p vnum annũ integrũ q bonus homo sit ⁊ esse intelligaẽ officialis cõis pusie ad recipiendũ anguillas imittẽdas in dictuȝ lacum que sit ⁊ esse debeat numero .xv.milia ãguillaꝝ viuaꝝ quaꝝ ẽptores fructuũ aq̃ dci lacus qnqȝ milia imittere teneanẽ: reliq̃ vero .x.milia p piscatores dicti lacus imitti debeant ſm distributionẽ ⁊ declarationẽ faciendam p dictũ officialẽ p postas dicti lacus: Ita q̄ quolibet anno .xv.milia anguillaꝝ viuaꝝ in dictum lacum penitus imittanẽ oĩ fraude cessante: Quas anguillas dictus officialis possit teneaẽ ⁊ debeat recipere taȝ a dictis emptoribus dictoꝝ fructuũ aque lacus Perusie q̃ ẽt a piscatoribus piscantibus in dcm̃ lacum in dicto numero ⁊ viuas ⁊ de mẽsis aprilis ⁊ maij vel settẽbris vel octobris ipsas in dictuȝ lacũ viuas imittere ⁊ imitti facere ⁊ de ipsis anguillis taȝ emptoribus dictoꝝ fructuuȝ q̃ ẽt piscatoribus finire ⁊ refutare ita q̄ bñ valeat de iure: Et q̄ dicti officiales ⁊ notarij q̃n iuerint rõne officij eoꝝ ad dictum lacũ non possint stare ad dictum officiũ exercendum vltra .x. dies ꝓ quolibet dictoꝝ mẽsiuȝ: Ita q̄ in totum nõ stent vltra .xl. dies ⁊ habeant ⁊ hr̃e debeant inter oẽs postas ⁊ piscatores ꝓ eoꝝ salario ꝓ q̃libet eoꝝ ⁊ quolibȝ die quo seruiuerint ad p̄dicta .xl.sol.deñ. ⁊ debeãt stare ⁊ viuere eoꝝ sumptibus ⁊ expẽsis ⁊ nõ expẽsis dictoꝝ parochianoꝝ seu emptoꝝ lacus vel dictoꝝ piscatoꝝ: Et q̄ vltra dictum salariũ nõ possint aliqđ petere recipe vl̃ hr̃e sub quocũqȝ q̃sito colore pena dictis officialibus ⁊ notarijs ⁊ danti aliqđ ꝯ dictaȝ formã eis vel alteri eoꝝ .C.lib.deñ. ꝓ quolibet eoꝝ ⁊ qualibet vice qua ꝯfecerint in predictis: Et de hoc expresse debeãt sindicari: Et q̃libet esse valeat accusator ⁊ habeat medietateȝ bãni. Et q̄ dicti emptores ac ẽt dicte vniuersitates seu cõmunitates ſm dicti officialis distributionẽ quolibet anno dictas q̃ntitates anguillaꝝ imittere teneantur p̃nte dicto officiale ⁊ ad eius reqsitionẽ ⁊ mandatum de dictis mẽsibus ſm modũ ⁊ formaȝ superius declarataȝ: alr̃s cõpellanẽ taȝ dicti emptores ⁊ eoꝝ societas q̃ quelibet de dictis vniuersitatibus p̄dicta non faciẽs ad soluendum pene noĩe dicto cõi .ccccc.lib.deñ. Et nihilominus ipsas anguillas (vt dcm̃ ẽ) mittere teneanẽ: ⁊ ad predicta facienda coganẽ per potestatem ⁊ capitaneũ ad requisitionem dicti officialis pena ipsis potestati ⁊ capitaneo negligentibus .ccccc.lib.deñ. pro quolibet.

De officio tincaramium. Rubrica. 219.

Quia Abunde per ordinamenta seu cedulam Lacus fuit ꝓuisum circa dictas Tincas ⁊ piscationem ⁊ captionem ipsarum. Ideo eadem ordinamenta ⁊ cedulam p̄dictam inuiolabiliter obseruari mandamus.

De Campione carnium. Rubrica. 220.



Cum Ex varietate tẽporũ interdũ sit vtile ⁊ necessariuȝ ꝓ republica pusina cãpione carniuȝ fieri p cõe pusie ⁊ officiales eligere ⁊ interduȝ vtilius sit vendere ſm occurrentiã casuũ ⁊ tempoꝝ sup q̄bus certa forma ꝯtinuo tradi non põt: Iccirco statuimus ⁊

ordinamus ꝙ priores ⁊ camerarij q erunt in officio de mēse Januarij singulis annis teneant ⁊ debeant ꝑ totum dcm̄ mēsem deliberare ⁊ reformare oīa ⁊ singula que viderint vtilia fore ꝓ ipso cōi seu vendere dcm̄ cāpione siue ꝓ cōi facere ⁊ officiales eligere eo mō ⁊ forma ⁊ cū eo arbitrio dādo ꝓut per eos fuerit deliberatū misso partito inter eos ad bussolas ⁊ fabas ⁊ obtēto saltem ꝑ duas partes: Ita tñ ꝙ si ꝯtingat vendere nō possint aliqd de hauere cōis ꝑusie alicui dare sub mutuo/nisi vsqꝫ in q̄ntitatē duoꝝ miliū flo.auri dictis emptoribus: Et si ꝯtingeret fieri ꝓ cōi possint expēdere seu expēdi facere ꝓ dicto cāpione faciēdo vsqꝫ in q̄ntitatē triū milium flo.auri ⁊ non vltra sub pena cuilibet priori ⁊ camerario.l.lib.deñ.ꝓ quolibet si negligentes fuerint in ꝑdictis vel aliquo predictoꝝ: Et ꝓ pecunia dicta ꝺ cā hñda dicti priores ⁊ camerarij habeant plenum arbitrium accipiēdi ⁊ mādandi conseruatoribus ⁊ alijs officialibus de quacūqꝫ pecunia ⁊ hauere cōis Perusie: Et si tpe publicationis p̄ntium statutoꝝ mensis ianuarij esset elapsus volumus ꝙ priores qui tūc tpis erunt teneant ⁊ debeant ꝑdicta facere sub pena ꝑdicta: Non obstantibus qbuscūqꝫ statutis reformationibus ⁊ regulationibus seu ordinamētis etiam que continerent in p̄nti volumine statutoruꝫ in contrariuꝫ seu alr̄ quomodolibet disponentibus in predictis vel aliquo predictoꝝ.

¶ Additio.

Quia extāt ordinamēta seu cedula dicti cāpionis ⁊ nōnulla alia ordinamēta sup altero cāpione edita de quibus in cancellaria que ob publicam vtilitatem emersere: Ideo ordinamenta seu cedulas prefatas obseruari mandamus.

¶ De foro ⁊ nundinis castri Castilonis clusini.
Rubrica. 221.

Volentes Utilitati reipublice diligenter intēdere ⁊ abūdātiam reꝝ ⁊ victualium in ciuitate ⁊ comitatu ꝑusie possetenus augumētare: Statuimus p̄nti caplo in ꝑpetuū valituro ꝙ singulis annis fiāt ⁊ fieri debeāt nūdine ⁊ mercatū in territorio Castilionis clusini comitat⁹ ꝑusie modis formis ⁊ ordinib⁹ ĩ.scriptis.

¶ In p̄mis ꝙ dicte nūdine fiāt ⁊ fieri possint ⁊ debeāt in districtu dicti castri Castiliōis in loco aptiori habiliori/vtiliori ⁊ magis necessario ꝓ personis ad dictas nūdinas ⁊ mercatū imposteꝝ accessuris.

¶ Item ꝙ dicte nūdine ⁊ mercatum fiant ⁊ fieri debeant quolibet anno duraturе octo diebus ante festum sancti Mathei qd̄ est de mēse Septembris ⁊ in die dicti festi ⁊ octo dieb⁹ post dictū festū: Ita ꝙ dicte nūdine ⁊ mercatū in totuꝫ decem ⁊ septem diebus durent ⁊ debeant celebrari.

¶ Item ꝙ liceat vnicuiqꝫ ꝑsone ad dictas nūdinas accedere volēti venire libere ad easdē sine alicuius gabelle solutione q̄ emptoribus gabelle dicti castri Castilionis vel alteri gabellario cuicūqꝫ ēptori gabellaꝝ clusij totalr̄ vel particulariter deberet vel veniret qūolibet ꝑsoluēda: Ita ꝙ tā emptores q̄ꝫ vēditores q̄ꝫ ēt vna q̄q̄ue ꝑsona ad dictas nūdinas venientes ab omni solutione gabelle que competeret dictis emptoribus gabelle castilioniꝫ vel alteri emptori gabelle Castilionis vel alteri emptori gabelle clusij vel alicuius ville ipsius clusij sint ⁊ eē intelligantur liberi ⁊ totaliter absoluti.

¶ Itē ꝙ oēs ⁊ singuli q venerint ad dcm̄ forum ⁊ nūdinas añdictas.ĩ.terminū supradictū possint ⁊ eis liceat eoꝝ bestias q̄s duxerint ꝑ totū clusiū ꝑusinū libere pasturare pascē ⁊ gubernare sine solutiōe alicuiꝫ rei q̄ peteret vel ōberet ēptoribꝫ clusij vl̄ pasture toto tpe q̄ dcē nūdine durabūt vt sup⁹ ꝯtinet.

¶ Itē ꝙ oēs ⁊ singuli q venerint ad nūdinas añdictas nō possint capi seq̄strari vel qūolibet arestari in ꝑsonis vel rebus durāte tpe supradicto rōne aliquarum represaliaꝝ cōcessarum vel ꝯcedendaꝝ nec ratione alicuius debiti cōtracti vel cōtrahendi.

¶ Item ꝙ nullus ciuis vel comitatēsis perusinus possit vel debeat audeat vl̄ ꝑsumat accedē ad aliqd̄ mercatū seu ad aliquas nūdinas ex̄ comitatuꝫ ꝑusie durāte tpe dcōꝝ nūdinaꝝ ⁊ mercati de castilione sꝫ pena.ccccc.lib.deñ.a ꝯfaciēte q̄libꝫ ꝓ vice q̄libet auferēda: ⁊ nihilominus ꝑdere debeat oēs bestias q̄s duceret ad mercatū seu nūdinas supradictas ⁊ cuilibet ꝑsone liceat posse auferre dictas bestias quaꝝ bestiaꝝ sit tertia pars ablatoꝝ ⁊ due partis sint cōiꝫ ꝑusie: q̄ pena auferri possit ⁊ debeat ꝑ potestatē vl̄ capitaneū vel quēcūqꝫ aliū officialē cōiꝫ Perusie ⁊ ꝙ de ꝑdictis qlibet esse valeat accusator ⁊ habeat q̄rtā partē bāni alias ꝟo tres partes cōis ꝑusie: Et si dicti officiales ad exigendū dictā penaꝫ extiterint negligentes incurrant penam.ccccc.lib.deñ.ꝓ quolibet negligente auferendam ꝑ eoꝝ sindicatores de facto ⁊ de predictis expresse debeant sindicari.

¶ Itē ꝙ ptās castri Castilionis ꝑdicti q ꝓ tpe fuerit possit ⁊ sibi liceat tpe dictaꝝ nūdinaꝝ ⁊ mercati ꝑcipe ⁊ cogere hoīes ⁊ ꝑsonas villaꝝ dicti clusij ⁊ castroꝝ ⁊ villaꝝ sitoꝝ ⁊ sitaꝝ circum circa lacum ⁊ castroꝝ Panicalis ⁊ Paciani ꝙ veniant ⁊ venire debeāt ad dcās nūdinas abūdant cū pane ⁊ vino ⁊ alijs victualibus ita ꝙ sufficient veniētibus ad dcās nūdinas de ipsiꝫ satisfiat sm̄ distributionē fiendam per potestatem añ dcm̄ ⁊ ꝙ hoīeꝫ ⁊ persone dictoꝝ castroꝝ ⁊ villaꝝ teneant ⁊ debeāt in predictis dicto potestati effectualiter obedire sꝫ pena.ccc.lib.deñ. ꝓ q̄libet castro ꝯfaciēte ⁊.cc.lib.deñ.ꝓ q̄libet villa auferēda: ⁊ q̄ possit ⁊ debeat auferri de fcō ꝑ ptāteꝫ ⁊ capitaneuꝫ cōis ꝑusie ad petiōnē dicti potestatis castilionis habita fide a dcō ptāte cū duobus testib⁹ ꝺ fama deponētibus ꝙ dcā castra vel ville vel aliqd̄ eoꝝ vl̄ aliqua ipsaꝝ dcō potestati castilionis in pre-

dictis nõ obedirẽt cũ effectu: ⁊ si dc̃us potestas casti/
lionis i ꝑdictis negligẽs fuerit incurrat penã.ccccc.
lib.dcñ.sibi ꝑ suos sindicatores penitus auferendã.
¶ Itẽ ꝙ singulis ãnis dñi ꝑores artiũ ciuitatis pu
sie mittere debeãt vnũ ex officialibus cãpionis car/
nium ⁊ notarius dcõꝝ officialiũ ⁊ militẽ potestatis
vel capitanei cũ.x.familiaribus in ꝑncipio dictaꝝ
nũdinaꝝ q hẽant ⁊ hr̃e itelligant̃ illud idẽ arbitriũ
ꝙ potestati castilionis est.s.ꝓxime attributũ ⁊ de/
beant ⁊ teneant̃ stare ⁊ morari in dictis nũdinis ⁊
mercato ipsis durãtibus vt res ordinate ꝓcedãt. Et
vt dcẽ nũdine sint ꝑpetue durature: q bonus homo
⁊ notarius debeãt accedere ⁊ stare salario ⁊ expẽsis
cõis pusie ita ꝙ hẽant ⁊ hr̃e debeãt ꝓ quolibet eoꝝ
⁊ qlibet die ⁊ ꝓ vno equo ꝓ qlibet eoꝝ ⁊ quolibet
die.xl.sol.dcñ. Et alium officialẽ q̃ꝫ ꝑdictos ad hoc
dicti dñi ꝑores vel alr̃ mittere nõ possint: Et ꝙ vnꝰ
ex dictis officialibus cãpionis ⁊ dictus notarius ad
ꝑdicta ẽt sine dictoꝝ officialium mãdato ꝑsonaliter
accedere teneant̃: ⁊ facẽ ⁊ fieri facere oĩa supradicta
ad penã.cc.lib.dcñ.ꝓ qlibet ipsoꝝ officialium ⁊ no/
tarij si predicta nõ impleuerint cum effectu: qđ sa/
lariũ dicti officiales sibi ⁊ notario ꝑdicto retinere ⁊
soluẽ possint de pecunia dc̃i cõis q ẽẽt apud eos sine
aliq̃ mãdato soluẽdo tñ gabella.xij.dcñ.ꝓ qlibꝫ lib.
plus tm̃ diebus qbus eos seruire ꝯtigerit ad ꝑdc̃a.
¶ Itẽ ꝙ quecũqꝫ ꝑsona cõmitteret in dictis nũdi/
nis ⁊ mercato aliqđ maleficiũ excessuꝫ vel delictum
ꝯ ordinamẽta ⁊ statuta cõis pusie pena duplici pu/
niat̃ q̃ punire deberet si in alio loco comitatus tale
maleficiũ cõmisisset: ⁊ ꝙ oĩs forensis q veniret ad
dc̃as nũdinas rõne mercãdi emẽdi vel vendẽdi tra/
ctet̃ ⁊ tractari debeat tãq̃ꝫ ciuis ciuitatis Perusie
ꝓ tpe ⁊ durantibus nundinis supradictis.
¶ Item ꝙ dñi priores artium ciuitatis Perusie
singulis annis octo diebus ante initium dictaꝝ nũ/
dinaꝝ teneãtur ⁊ debeãt bãniri facere oĩa ⁊ singula
capitula de dictis nundinis loquentia quoquo mõ.
¶ Itẽ ꝙ q̃cũqꝫ ꝑsona vult facẽ ⁊ edificare i castro
castilionis clusij aliquã domũ possit ipsam libere fa/
cere ⁊ edificare ⁊ edificari facere cape ⁊ ap̃hẽdere
sua auctoritate casalenũ in ea parte ⁊ loco ꝓut sibi
placuerit vias ⁊ plateas dicti castri nullatenus oc/
cupãdo: Et ꝙ dcm̃ casalenũ non possit sibi auferri
occupari vl̃ molestari ꝑ cõe pusie vel ꝑ aliã quẽcũqꝫ
ꝑsonã ⁊ simili mõ liceat ap̃hẽdere ⁊ occupare ca
salena discarcata sicut alia casalena in qbus nullum
edificiũ seu muraliuꝫ aliq̃ tpe extiterit fabricatum
dũmõ appropinquare nõ debeãt muro dc̃i castri ꝑ
.x.pedes/vt rimatio ꝓ custodia fieri possit in oppor/
tunis casibus circa muros: Itẽ ꝙ liceat vnicuiqꝫ cõ/
struẽti aliquã domũ in dcõ castro ⁊ volẽti ibidẽ ꝯti/
nue familiariter habitare ap̃hendere hr̃e ⁊ tenere
tres corbes ad ꝑticaꝫ cõis pusie de terreno posito in
districtu dicti castri nõ laboratorio ⁊ ꝙ ꝑ tres ãnos

añ accupationẽ ꝑdicta incultũ extiterit ⁊ dcm̃ terre/
nuꝫ possit ⁊ debeat colẽr ⁊ laborare ꝑ tp̃s q̃ in dcõ
castro familiarit̃ habitauerit ⁊ nõ vltra ⁊ ꝙ ꝓ dcõ
terreno ꝑ tp̃s.xv.annoꝝ qlibet anno ẽptoribus clusij
pusini seu poste dicti castri vnaꝫ corbẽ grani tm̃mõ
debeat respõdere ⁊ a dictis.xv.ãnis inantea respõ/
dere debeãt tertiã partẽ fructuũ sicut respõdẽt ⁊ re/
spõdere teneant̃ laboratores clusij pusie/saluo ꝙ hõ
nõ intelligat̃ nec locũ hẽat in illis q fideiussores de/
derũt de familiarit̃ habitãdo in castro supiꝰ noiato.
¶ Itẽ ꝙ q̃cũqꝫ ciuis vl̃ comitatẽsis pusie q sit faber
sutor/cerdo/barbitonsor/ꝑstator/vel alius q̃cũqꝫ ar/
tifex vellet in dcõ castro familiarit̃ habitare ad solu
tiõe alicuius gabelle fructuũ buccaꝝ ⁊ vini nullate/
nus teneant̃ nec ẽt cogi possint ꝓ aliq̃ debito qđ añ
habitationẽ ꝑdictã ⁊ ꝑmitus ꝯtrixissent ꝑ ꝑtãtem dicti
castri castilionis. ¶ Itẽ ꝙ qlibꝫ habitãs familiarit̃
in dcõ castro mõ supradicto hr̃e debeat ꝑ se ⁊ sua fa/
milia qlibꝫ ãno q̃ ibidẽ familr̃ habitauerit ab ẽpto/
re poste castilionis seu clusij pusie tres corbes grani
⁊ ꝙ ẽptor siue ẽptores q dcm̃ granũ dederint ⁊ mẽ
surauerint habitatoribꝰ hmõi deliberent̃ ⁊ absoluant̃
vsqꝫ ad dcãꝫ q̃ntitatẽ oñdẽdo refutationẽ quã recipe
debeãt a dictis habitatoribus qñ soluerint granũ ⁊
ꝙ fiat inquisitio ꝑ illos q mittunt̃ in clusio pusie ad
distribuendũ ⁊ vidẽduꝫ qñ recipiat̃ granũ clusij si
dc̃i ẽptores dcm̃ granũ đ q̃ refutationẽ recepit veris
habitatoribꝰ supradictis mensurauerint cuꝫ effectu
saluo ꝙ ꝑdicta in exbãnitis ⁊ ꝯdẽnatis cõis pusie in
ꝑsona nõ vẽdicẽt sibi locũ. ¶ Itẽ ꝙ nulla ꝑsona cle
ricus vel laicus ⁊ cuiuscũqꝫ status ⁊ ꝯdictionis exi/
stat possit vl̃ đbeat accipe vl̃ auferre i comitatu ⁊ di/
strictu pusie aliqđ passagiũ vl̃ gabellã aliqbꝰ ad dcm̃
mercatũ nisi tm̃mõ gabellã ⁊ passagiuꝫ ꝑ cõe pusie
ordinatuꝫ sb̃ pena.ccccc.lib.dcñ.a ꝯfaciẽte qlibet ꝓ
vice qlibꝫ auferẽda. ¶ Et ꝙ i dcõ castro castilionis
possit ⁊ debeat fieri ⁊ fiat qlibet die dñico forum ⁊
mercatũ gñale de oibus ⁊ singulis bestijs ⁊ rebus
qbuscũqꝫ ad qđ mercatũ liceat ⁊ accedẽ possit vna/
quaqꝫ ꝑsona forẽsis ⁊ terrigena sine solutione alicu/
ius pedagij vel gabelle seu pascui vel pasture in eũ/
do stãdo ⁊ redeũdo vꝫ in tribus diebus die sabbati
die dñico ⁊ die lune saluo ꝙ ꝑ p̃ns statutuꝫ ordina/
mẽti loquẽtis de officio cãpionis carniũ nullatenus
deroget̃. ¶ Itẽ ꝙ nullus forẽsis possit vl̃ debeat ex/
here ex̃ comitatũ pusie aliquã bestiã cuiuscũqꝫ gñis
durãte tpe dcõꝝ nũdinaꝝ siñ licẽtia ⁊ apodissa boni
hois in dictis nũdinis ꝑ cõe pusie deputati: ⁊ si ali/
qs ꝯfecerit.ccccc.lib.dcñ.penam incurrat ⁊ amittat
bestias quas duceret ⁊ extraheret ⁊ liceat vnicuiqꝫ
ꝑsone auferre ipsas bestias quaꝝ bestiaꝝ q̃rta pars
debeat esse accipiẽtiuꝫ alie đo partes veniãt in cõi.
¶ Itẽ ꝙ boni hoies ⁊ officiales q deputabunt̃ ad
vẽdẽdum gabellas pedagiũ vel pasturã seu fructus
clusij pusie teneant̃ ⁊ debeãt sub pena.cc.lib.dcñ.in

bãnimentis stabilimẽtis τ venditis rerum supradi/ctaꝝ obseruare capła supradicta τ semp in ipsis ven ditis de refutatione ipsoꝝ caploꝝ mẽtio habeat.

¶ Itẽ ꝙ nullus notarius durãtibus dictis nũdinis directe vel p obliquũ possit vel debeat aliq̃ mõ vł cã recipe pecunia vel aliã rẽ ꝑ scriptura dictaꝝ apodis saꝝ seu licẽtiaꝝ vel occasione dicti officij: Sꝫ ĩmmõ sit ꝯtẽtus salario ordinato sibi p cõe pusie soluẽdo/ sb pena.c.lib.deñ.sibi ꝑ vice q̃libꝫ q̃ ꝯfecerit auferẽda.

¶ De ordine ꝯsilioꝝ ciuitatis pusie. Rca.222.

Ad hoc Ut nr̃a respublica beate τ re/cte regat τ gubernet: Statui/mus ꝙ ꝯsilia ciuitatis pusie τ nr̃e reipublice sint ista vꝫ consiliũ dñoꝝ poꝝ artiũ ciuitatis pusie sit p̃mum qui debẽt esse decem: ꝯsilium dñoꝝ prioꝝ τ came/rarioꝝ artium ipsius ciuitatis quoꝝ camerariorum numerus totus est quadraginta octo sit secundũ.
¶ Item ꝯsiliũ adunãtie gñalis qngentoꝝ seu tre/centoꝝ artificũ de artibus dicte ciuitatis: Qui etiaꝫ scripti sint in matriculis ipsaꝝ artiũ sit tertiũ ꝯsiliũ.
¶ Itẽ ꝯsiliũ maximũ arẽghe seu arẽghi τ parla/mẽti sit quartũ. ¶ Item ꝯsilium gñale sit quintũ.
¶ Itẽ ꝯsiliũ maius sit sextũ. ¶ Itẽ ꝯsilium ppłi sit septimũ: Que septẽ ꝯsilia fiãt τ fieri debeãt modis τ formis τ solẽnitatibus infrascriptis: Et que con/silia habeant τ habere debeãt potestatem/auctori/tatem/τ bailiam ꝑut infra singulariter denotatur.

¶ De consilio dominoꝝ prioꝝ τ eoꝝ auctoritate. Rubrica.223.

Consilium Dñoꝝ poꝝ septẽ ex eis ĩ singulis in ꝯcordia existẽ tes hẽant auctoritatẽ τ arbitriũ ꝑponẽdi τ ꝑposi/tas faciẽdi necnõ ꝑuidẽdi τ ordinãdi qcqd eis vide bit τ placebit sup custodia ciuitatis τ cõitat⁹ τ sup abundãtia bñda in ciuitate τ comitatu pusie: dũmõ p h arbitriũ nõ possint facẽ vł ordinare aliqd ꝯ for/mã statutoꝝ in h volũie ꝯtẽtoꝝ τ sup oĩbus alijs que cõmissa eis eẽnt ex foꝛa statutoꝝ ĩ h volũie expssoꝝ.

¶ De cõsilio camerarioꝝ τ eoꝝ arbitrio atqꝫ au/ctoritate. Rubrica.224.

Consilium Camerarioꝝ artium tm̃ ꝯuocet τ ꝯgreget τ ꝯuo cari τ ꝯgregari debeat fcã sup h ꝑus deliberatiõe p dños poꝛes artiũ ipsius ciuitatis septẽ ex dictis decẽ numero ad minus in ꝯcordia/vt p̃mittit/existẽtes τ ẽt fcã deliberatiõe inter eos de oĩbus τ singulis q̃ in dcõ ꝯsilio ꝑponere voluerint vno die añ vel saltẽ in necessitatis casu añq̃ cãpana sonet vł pulset τ sona/re vel pulsare incipiat ad ipꝫ ꝯsilium: de quo fiat τ fieri debeat publica scriptura manu cancellarij cõis pusie siue manu notarij dñoꝝ poꝝ/qꝺ tñ in negocijs mere cõis Perusie dcõ cõi opportunis locum hẽe volumus in quibus omni tẽpoꝛe volumus ꝑuideri posse/τ congregari debeat in palatio ipsoꝝ dñoꝝ poꝝ pulsata cãpana fꝫ formã statutoꝝ: In quo cõ/silio adesse τ presentes eẽ debeãt ad minus triginta camerarij ex oĩbus camerarijs nisi p formã statutoꝝ cõis pusie in ꝑuidẽdis τ obtinẽdis maioꝛ numerus camerarioꝝ requireret: Et ꝯsilio ꝯgregato sup ꝑposi/tis τ sup oĩbus τ singulis q̃ in ipo ꝯsilio proponent p aliquẽ ex dictis dñis poꝛibus artiũ septẽ ex eis ad minus pñtes/nisi maioꝛ numerus dcõꝝ dñoꝝ prioꝝ in ꝑuidẽdis τ obtinẽdis p formã statutoꝝ requireret in eodẽ ꝯsilio τ ĩ ꝯcordia existẽtes debeãt ipsi came/rarij bonũ τ vtile q̃tũ poterũt ꝯsiliũ exhibere: Et ĩ ꝯsilio τ fm ꝯsiliũ vnius vel plurium ex ipsis came/rarijs qꝺ vtilius fuerit redditũ electũ vel de nouo ꝑpositũ p ipsos dños poꝛes inter oĩa ꝯsilia reddita vel alr ĩ nouo appꝛhensa addita vel minuita ex red/ditione dictoꝝ ꝯsilioꝝ p dcõs dños poꝛes artiũ fieri ĩbeat inter ipsos oẽs camerarios pñtes scrutiniũ τ partitum hac forma vꝫ. Si erit tractatũ de factis τ negocijs cõis pusie vel ad ipm cõe ptinentibus τ spectãtibus q̃q̃ mõ fieri debeat scrutiniũ τ partitum cũ bussulis τ fabis τ ad bussolas τ fabas/vt moris est/vel de sedẽdo τ surgẽdo seu ad leuãdũ ꝑut ipsis dñis poꝛibus magis conueniẽs videretur: Si vero tractatũ fuerit ĩ factis τ negocijs singulariũ τ pri/uataꝝ psonaꝝ fiat τ fieri debeat tã inter ipsos dños poꝛes q̃ inter dños poꝛes τ camerarios scrutiniũ τ partitũ dũtaxat cũ bussolis τ fabis τ ad bussolas τ fabas τ nõ alr pena poꝛi ꝑponẽti τ partitũ mit/tenti τ notario scribenti alr τ alio mõ q̃ dcm̃ sit.C. lib.deñ.ꝑ vice q̃libet: Et ꝙ obtẽtum fuerit in scruti/nio τ partito p.xx.ad minus ex dictis.xxx.camera rijs ꝑñtibus: Qui.xx.ꝯcordes sint de eo qꝺ positum fuerit in scrutinio τ partito vł si in ꝯsilio plures fue/rint camerarij pñtes q̃.xxx.τ obtẽtũ fuerit p duas partes de tribus partib⁹ totalib⁹ oĩum camerarioꝝ pñtiũ in scrutinio id tm̃ firmari/deliberari statui τ ꝑuideri debeat τ qꝺ statutũ firmatũ/deliberatũ τ ꝑuisũ fuerit plenã τ efficacẽ hẽat firmitatẽ τ h nõ hẽat locũ in casibus in qbus requirit τ ꝑuisum est de/liberari τ obtineri ĩbẽ p maiuꝫ numerũ camerioꝝ.
¶ Et dcm̃ ꝯsiliũ hẽat τ hẽe debeat ptãtem/aucto/ritatẽ/arbitriũ/τ bailiã in casibus.J.scriptis τ nõ in aliqbus alijs casibus: Primo debet hẽe habeat τ hẽe intelligat arbitriũ/ptãtem/auctoritatẽ τ bailiã tractãdi τ ordinãdi de ꝯuocãdo τ ꝯgregãdo supra/scriptũ ꝯsiliũ ipsoꝝ camerarioꝝ τ artificũ.s.octo ar/tificũ ꝑ q̃libet camerario de qualibet arte magna τ quatuoꝛ artificum de qualibet arte parua τ in ipso consilio camerarioꝝ τ artificuꝫ tractet τ ordinetur aliquid ꝙ possit in ipso consilio tractari τ ordinari.
¶ Et ꝑducto guerre/ꝑ ꝑsecutione rebelliũ/ꝑ cu/stodia ciuitatis/τ comitatus τ terraꝝ recomẽdataꝝ

⁊ p̄ defensa ⁊ ꝯseruatione pacis ⁊ tuitione status pacifici cōis ⁊ p̄pli pusini p̄ electionibus ⁊ p̄ductio nibus castellanoꝝ ⁊ officialiū quorūlibet deuenum nō bñtiū vltra declaratos in hmōi statutis. Saluo ⁊ reseruato semp statuto sb̄ R̄ca de officialibus non absoluēdis/ p̄ cultu ⁊ administratione iuris ⁊ iusti cie/ ⁊ p̄ alijs qbuscūq̄ casibus in cōe pusie occurren tibus/ q̄q̄ mō rēpublicam pusinā euidēti necessitate p̄ncipalr respectātibus sup qbus vel aliquo eoꝝ nō possit p formā statutoꝝ cōis pusie fieri p̄uisio vel ex pēsa nisi ex deliberatione ꝯsilij oppoꝛtuni vel consilij adunātie gñalis quotiēscūq̄ aliqs casus seu factum vel negociū in futurū emerserit p̄dicta oia vel aliq̄d p̄dictoꝝ emergēs seu respectans camerā ꝯseruatoꝝ monete cōis pusie ⁊ massarioꝝ ⁊ alioꝝ officialiū seu cameraꝝ cōis pusie/ vltra ⁊ p̄ter numerū p̄nuissum p formā p̄ntiū statutoꝝ/ expendi ⁊ dari ⁊ solui man dandi eo mō ⁊ forma ⁊ illis p̄sonis p̄ut ⁊ sicut per dcōs dños p̄ores ⁊ camerarios extiterit p̄uisum ⁊ ordinatū/ dū tñ obtineri debeat partitū in quolibet dcōꝝ casuū inter dictos dños p̄ores p noue ad min⁹ ad bussolas ⁊ fabas albas ⁊ nigras/ ⁊ deinde inter dños camerarios in p̄ntia noue dnoꝝ p̄oꝝ ad minus p trigintaq̄nq̄ camerarios ad minus ad bussolas ⁊ fabas: bēat ēt arbitriū/ auctoritatē/ ⁊ bailiam dcm̄ ꝯsiliū dnoꝝ p̄oꝝ ⁊ camerarioꝝ deliberādi ⁊ ꝯuocā di gñalē adunātiā artiū ⁊ artificū ciuitatis inq̄tuȝ obtineat p dcōs dños p̄ores ad minus noue in ꝯcor dia ad bussolas ⁊ fabas albas ⁊ nigras ⁊ p.xxxv.ca merarios in p̄ntia dnoꝝ p̄oꝝ in ꝯcordia ad bussolā ⁊ fabas: In ⁊ p̄ oibus factis ⁊ negocijs cōis pusie singulariū p̄sonaꝝ: Ita q deliberatio dnoꝝ p̄oꝝ ⁊ camerarioꝝ mō p̄dicto obtēta bēat vires ⁊ bailiā ⁊ potestatem quas hȝ ⁊ hr̄e dicit ꝯsiliū oppoꝛtunū.

¶ Itē bēat ⁊ hr̄e intelligat dcm̄ ꝯsiliū camerarioꝝ tm̄ arbitriū p̄tātem ⁊ auctoritatē sup nouis casibus occurrētibus ex qbus pecunia cōis nō expēderetur de qbus vel sup qbus p̄uisuȝ non esset ex forma ali cuius statuti in p̄nti volūie positi: dūmō obtineri de beat p.xx.camerarios de numero.xxx. Et si plures fuerint.xxx.in ꝯsilio obtineri debeat ad minus per duas partes p̄ntium ipsi ꝯsilio ad bussolas ⁊ fabas misso partito: ⁊ bēat ēt arbitriū ⁊ auctoritatē p̄ui dēdi ordinādi ⁊ reformādi p̄ ꝯsecutione rebellium ⁊ p̄ditoꝝ cōis pusie qcq̄d eis videbitur expedire: Saluo ⁊ excepto q nihil possint p̄uidere p̄ponere vel dliberare in fauorē rebelliū vl̄ p̄finatoꝝ dci cōis.

¶ Item bēat ⁊ hr̄e intelligat plenum ⁊ gñale ar bitriū p̄uidēdi ⁊ ordinādi vñ ⁊ q̄uo pecunia veniat i cōi dūmō q p tale arbitriū nō possint rebānire ali quē exbānitum ⁊ ꝯdēnatum: dū tñ aliquā impositaȝ vel grauamen imponere nō possint/ nisi deliberatuȝ fuerit p noue p̄ores in ꝯcordia ⁊ p.xxxv.camerarios ad bussolā ⁊ fabas vel p adunantiā gñalem: ad quā adunātiaȝ possit deueniri si obtineat p duas partes p̄ioꝝ ⁊ camerarioꝝ p̄ntium in consilio. adeo q ad minus sint triginta camerarij presentes ⁊ non alr.

¶ Itē arbitriū bēat p̄ ꝯseruatiōe ⁊ manutētiōe in bono ⁊ pacifico statu ciuitatis ⁊ comitatus pusie ⁊ terraꝝ recōmēdataꝝ ⁊ subiectaꝝ dcō cōi pusie: bēant ēt arbitriū p̄uidēdi ⁊ ordinādi ⁊ reformandi q ius ⁊ iusticia oibus fiat/ dūmō de aliq̄ p̄cessu pēdēti vel sup eo nō possit aliqd p̄uideri vl̄ ordinari: sȝ ois eis potestas ad p̄uidēdum sup aliq̄ p̄cessu pēdente auctoritate p̄ntis legis sit ablata ⁊ totalr reuocet si ⁊ inq̄tum virtute alicuius legis in p̄nti volumine posite videret esse p̄cesse directe vel p obliquum.

¶ Itē q: in fine cuiuslibet p̄oratus officij ꝯgregari solēt dicti camerarij in palatio capitanei p̄pli vl̄ po testatis ad reuidendū gesta p ipsos dños p̄ores tpe eoꝝ officij: Et ea q̄ vident p ipsos camerarios non recte gesta solēt facere punctari de qbus p̄ūctaturis nūq̄ aliqs bonus habitus fuit effectus/ imo potius ē quoddā qd truffatoriū qd nō est ꝯueniēs: p̄uidemus ⁊ statuimus q notarius q erit ad dcās p̄ūctaturas faciendum vna cū collecterali dñi capitanei seu dñi potestatis teneant ⁊ debeāt in publicā formaȝ redi gere qcqd p̄ūctatū erit: ⁊ illud.J.tres dies a die dicte p̄ūctature fcē dare ⁊ assignare dñis p̄oribus artiū in officio p̄sidentibus: Qui dñi p̄ores teneant ⁊ debeāt ad penā.C.lib.dcñ.p̄ q̄libet eoꝝ.J.scōaȝ diē vl̄ tertiā facere ꝯgregari ꝯsilium camerarioꝝ p̄ūctantium ⁊ discutere dcās punctaturas ⁊ tāgere ⁊ disponere de ipsis p̄ūctaturis añq̄ recedat de palatio postq̄ fue rint ꝯgregati qcqd disponēduȝ ⁊ determināduȝ eis videbit: Et p̄tātem bēant taȝ in cassando q̄ in affir mādo q̄ ēt in corrigēdo: Et qcqd p dcōs dños p̄io res ⁊ camerarios dispositū correptū vel approbatū fuerit bēat plenam roboris firmitateȝ ⁊ executioni mādet: Que ēt fieri debeāt ⁊ executioni mandari p eosdē ad penā.ccccc.lib.dcñ.auferēdā p maiorē sin dicuȝ tpe sindicatus eoꝝ sup qbus prefati dñi p̄ores ēt auctoritatem bēant ⁊ arbitriū ac p̄tāte plenariaȝ.

¶ Item prefatū ꝯsilium dnoꝝ p̄oꝝ ⁊ camerarioꝝ auctoritatem bēat ⁊ arbitriū in alijs in h volumine contentis de ipsoꝝ officio tractantibus.

¶ Cōsiliū generalis adunātie. R̄ca.225.

Consiliū adunātie gñalis seu adunātia gñalis sit ⁊ esse debeat de qn gētis seu trecētis artificib⁹ ciuitatis pusie scriptis ⁊ q̄ scripti sint in matriculis ipsaꝝ artiū ⁊ nō de pau cioribus seu de minori numero supradicto ⁊ ipsum ꝯsiliuȝ seu ipsa adunātia fieri conuocari ⁊ ꝯgregari possit ⁊ dbeat si ⁊ q̄tenus tractatū ordinatū ⁊ dlibe ratū fuerit in dcō ꝯsilio camerarioꝝ ad min⁹ p.viiij. p̄ores i ꝯcordia ⁊ obtēto p.xxxv.caērarios ad min⁹ in ꝯcordia in secreto scrutineo ad bussolā ⁊ fabas.

¶ Et si ⁊ quatenus tractatū ordinatū ⁊ deliberatū fuerit ī ꝯsilio dnoꝝ p̄oꝝ ⁊ camerarioꝝ qcqd tractā dum ordinādū ⁊ deliberāduȝ venit in ipsa adunātia

gñali ⁊ nó aĺr possit ipm ꝯsiliuȝ adunátie gñalis seu
ipsa adunátia gñalis ꝯuocari nec congregari nec in
ipsa adunátia gñali aliqd fieri ⁊ si aĺr ꝯgregaretur
qcqd in ea fieret vel obtineret̃ seu reformaret̃ nul-
lius sit valoris vel momẽti: ꝯgregantes v̉o vel adu-
nátes aĺr penã incidát mille lib. deñ. ꝓ q̃libet auferẽ-
da de fcõ ꝑ maiorem sindicũ cõis ꝑusie non obstáte
aliqua absolutione ꝓponendi seu licentia absoluẽdi
in eadẽ adunantia faciẽda. ¶ Et ꝯuocet̃ ⁊ ꝯgreget̃
⁊ ꝯuocari ⁊ ꝯgregari d̉beat ipsa adunátia i palatio
dñoꝝ ꝓoꝝ in die ⁊ sole lucẽ dáte sup terrá nó aũt in
nocte ⁊ tenebris noctis ipsa bãnita die ꝓcedẽti ipsaȝ
ꝯuocationem dicte adunantie ⁊ campana pulsata.
¶ Et i ꝓponẽdo ⁊ ꝯsulẽdo i dcá adunátia seu ꝯsilio
dcẽ adunátie ſuet̃ forma ⁊ solẽnitas q̃ scripta est. s̃.
de alijs ꝓcedẽtibus ꝯsilijs scrutiniũ ⁊ partituȝ fiat ⁊
fieri debeat data electione ꝯsiliarijs ⁊ hoibus dicte
adunantie de sedẽdo vel surgẽdo ⁊ stádo: Et id qd̉
obtẽtum fuerit in scrutineo ⁊ partito ꝑ duas partes
de tribus totalibus oium hoium qui essent in dicta
adunantia sedentiũ ⁊ qui sedere debeant data ele-
ctione ⁊ reliqua tertia parte hominum surgẽte vel
stante debeat firmari ⁊ statui ⁊ ordinari.
¶ Habeatq̧ dcm̃ ꝯsiliũ seu dcá adunátia potestatẽ
auctoritatẽ bailiá ⁊ arbitriũ in oibus ⁊ qbuscunq̧
casibus ⁊ de qbuscũq̧ factis ⁊ rebus de qbus ⁊ in
qbus pót disponere ⁊ ꝓuidere cõe ꝑusie quaȝ qd̉ ⁊
ad quátam ⁊ quátũ hȝ ⁊ hẽ pót cõe ꝑusie ⁊ pplus
Perusinus vt possit ipm cõsiliũ seu ipsa adunantia
quecũq̧ parua magna ⁊ maxima ⁊ ardua ⁊ in qui-
buscũq̧ casibus ⁊ de qbuscũq̧ factis disponere sta-
tuere ordinare ⁊ facere ꝓut ⁊ sicut posset ⁊ pót ipȝ
cõmune Perusie ⁊ totus populus Perusinus.
¶ Et q̃cũq̧ iá disposita statuta ordinata ⁊ fcá tol-
lere ⁊ reuocare eo excepto solum ꝙ nó possit dicta
adunátia tollere nec reuocare irritare vĺ infringere
ea q̃ iá fcá disposita statuta ⁊ ordinata essent vĺ fuis-
sent ꝑ ꝯsiliũ arẽghe seu arẽghi ⁊ parlamẽti vel ꝯ̃ vĺ
ꝓter ea q̃ fcá essent vel fuissent in dicto ꝯsilio arẽghe
seu arẽghi fac̃ vĺ disponẽ directe vĺ indirecte vĺ de
faciẽdo vel disponẽdo ꝯ̃ vel ꝓter aliquo mó tẽtare.
¶ Et i nulla adunátia de ꝓdictis fieri vĺ mitti pos-
sit vltra. v. ꝓpositas ad plus: Et si plures. v. mitteret̃
nõ valeat qcquid sup ipsis fieret q̃ essent vltra qntá:
Et nihilominus priores vltra proponentes incidát
penam. ccccc. lib. deñ. ꝓ qualibet vltra quinq̧.

¶ De ꝯsilio maximo ⁊ sũmo arẽghe seu parlamẽti
⁊ coꝝ numero ⁊ auctoritate. Rca. 226.

Consiliũ Maximũ ⁊ sũmuȝ arenghe
seu arẽghi ⁊ parlamẽti sit ⁊
esse possit vniuersaĺr d̉ oibus ciuibus ciuitatis ꝑusie
⁊ in ipso ꝯsilio ⁊ arẽgha seu arẽgho ad minus esse
debeát mille ciues ꝑusini de ciuitate ꝑusie oriũdi vel
ꝓ ciuibus habiti cuiuscũq̧ ꝯditionis vel status exi-
stát laici tm̃: Et ipȝ ꝯsiliũ arẽghi seu ipȝ arẽghuȝ cõ-
uocari ⁊ ꝯgregari possit ⁊ d̉beat si ⁊ q̃tenus tracta-
tuȝ ordinatũ ⁊ deliberatũ fuerit in oibus alijs trib⁹
ꝓcedẽtib⁹ ꝯsilijs. s. in ꝯsilio dñoꝝ ꝓoꝝ artiũ ciuitatis
ꝑusie tm̃ ⁊ d̉inde camerarioꝝ successiue: ⁊ successiue
in ꝯsilio seu adunátia gñali qngẽtoꝝ seu trecẽtoꝝ ar-
tificũ de faciẽdo ꝯuocãdo ⁊ ꝯgregãdo ipȝ ꝯsiliũ arẽ-
ghi ⁊ parlamenti: Et si ⁊ q̃tenus ordinatũ ⁊ delibe-
ratũ fuerit in dictis ꝯsilijs ⁊ q̃libet ipsoꝝ successiue
qcqd tractandũ ⁊ deliberáduȝ in ipso ꝯsilio arẽghi
⁊ parlamẽti seu in ipso arẽgho ⁊ parlamẽto ⁊ non
aĺr possit ipȝ arẽghum seu ꝯsiliũ ⁊ parlamẽtum cõ-
uocari ⁊ ꝯgregari nec in ipso aliqd tractari vĺ fieri
vel de tractãdo vel faciẽdo tẽtari: Et si dñi ꝓores vĺ
aliq ex camerarijs vel aliq alij ꝯ̃ ꝓdicta vel aliqd de
ꝓdictis fecerit vel tẽtauerit capite puniat̃ ⁊ in ãpu-
tatiõe capitis a spatulis ꝯdẽnet̃ ⁊ puniat̃ ita ꝙ mo-
riat̃: Et h̃ dñs ptás ⁊ dñs capitaneus ⁊ q̃libet coꝝ
statiȝ debeát de ꝓdictis inq̃sitionẽ facẽ ⁊ habitis in-
ditijs vel fama publica habita ꝓcedere ad tormẽta
pena. cccc. lib. deñ. eis ⁊ cuilibet coꝝ si negligentes
fuerint i aliq̃ de ꝓdictis: Et ꝯuocet̃ ⁊ ꝯgreget̃ ⁊ cõ-
uocari ⁊ ꝯgregari d̉beat ipȝ ꝯsiliũ arẽghi ⁊ parla-
mẽti cõis ꝑusie añ cãpanile ecclie sci Laurẽtij maio-
ris ecclie ꝑusine sedẽtibus dñis ꝓoribus in scalis la-
pideis q̃ sũt ad partẽ infimá ipsius cãpanilis bãnito
ꝓus ipso ꝯsilio seu ipso arẽgho ⁊ parlamẽto die ꝓ-
cedẽti ꝯuocationẽ ⁊ ꝯgregationeȝ ipsius ⁊ cãpana
pulsata: Et in ꝓponẽdo ꝯsulẽdo ⁊ scrutiniuȝ ⁊ par-
titum faciẽdo in dcõ ꝯsilio arẽghi ⁊ parlamẽti ser-
uet̃ forma ⁊ solẽnitas q̃ scripta est. s̃. de ꝯsilio seu de
adunátia gñali qngẽtoꝝ seu trecẽtoꝝ artificũ: Et id
qd̉ obtẽtuȝ fuerit in scrutinio ⁊ partito ꝑ duas par-
tes de tribus totalibus oium hoiȝ in dicto ꝯsilio ⁊
arẽgho ⁊ parlamẽto debeat firmari statui ⁊ ordi-
nari ⁊ hẽat ⁊ hẽ debeat ⁊ hẽ intelligat̃ dcm̃ ꝯsiliũ
⁊ arẽghum ⁊ parlamẽtum potestatẽ auctoritatem
bailiá ⁊ arbitrium disponẽdi statuẽdi ⁊ deliberádi
in oibus ⁊ qbuscũq̧ casibus ⁊ de qbuscũq̧ factis ⁊
rebus de qbus ⁊ in qbus pót disponere ⁊ ꝓuidere
cõe ꝑusie ⁊ totus pplus ꝑusinus quá ⁊ qd̉ ⁊ quátuȝ
hȝ ipȝ cõe ꝑusie ⁊ ipse pplus totus vt possit ipȝ con-
silium seu arẽghum ⁊ parlamentum oia ⁊ q̃cũq̧ ⁊
in qbuscũq̧ casibus ⁊ de qbuscũq̧ factis disponere
statuere ordinare ⁊ facere ꝓut ⁊ sicut posset ⁊ pót
ipsuȝ cõe ꝑusie ⁊ ipse totus pplus ꝑusinus: Et q̃cũq̧
iá disposita statuta ordinata ⁊ facta tollere ⁊ reuo-
care ⁊ nihil possit statui fieri vel ordinari ꝯ̃ ea q̃ fcá
erũt in ꝯsilio arenghi ⁊ parlamenti seu in arengho
⁊ parlamento per aliqd̉ ex precedẽtibus tribus cõ-
silijs vel ẽt per oia dicta consilia vel aliqd̉ aliud cõ-
siliũ sȝ tm̃ fieri ⁊ tolli possit ꝯ̃ ꝑ aliqd̉ simile ꝯsiliuȝ
arẽghi ⁊ parlamẽti seu arẽghũ ⁊ parlamẽtũ factuȝ
⁊ celebratũ cũ solẽnitate ⁊ forma ꝓdictis ⁊ nõ aĺr.

¶ De consilio gñali ⁊ eius numero ⁊ auctoritate.
Rubrica. 227.

Nullus emptor Uel socius alicuius cōmunantie vel gabelle cōis perusie possit vel debeat

nullo modo petere accipere vel exigere aliquaʒ quātitatem floreñ. pecunie vel alterius rei quaʒ diceret sibi deberi quōcunqʒ aut qualitercunqʒ ab aliqua psona cōi collegio/corpore vel vniuersitate occasione gabelle vel cōmunantie cuius fuisset emptor seu socius nisi dumtaxat durāte tpe quo esset emptor ipsius cōmunantie vel gabelle: ꝛ per sex menses immediate sequentes post finitum tp̄s emptionis ipsius cōmunantie vel gabelle inquantū preciū cōmuni soluerint temporibus debitis vt tenentur.

Et siqs emptor vel socius alicuius cōmunantie vel gabelle per se vel alium executionem aliquā peteret seu faceret vel fieri faceret vltra dictum terminum ꝛ ꝯ seu preter dictā formā ꝙ ipso facto ꝛ vice qualibet incidat in penam. C. lib. deñ. pro quolibꝫ ꝛ vice qualibet de facto auferendarum per quemlibet officialem cōis perusie ad instantiam cuiuscunqʒ petentis. Et simili pena puniatur ꝛ puniri debeat officialis quilibet executionem faciens vel fieri faciens modo aliq̄ seu forma directe vel indirecte vel quouis colore quesito cōtra aliquem seu aliquos cōtra seu p̄ter dictā formā ꝛ vltra tēpora supradicta vel aliquod ipsoꝝ: que qdem pena de facto ꝛ vice qualibet de salario officialis ꝯfacientis debeat auferri ꝛ retineri eius tpe sindicatus ad instātiā cuiuscūqʒ: Et nihilominus qd̄ secus fieret non teneat ipso iure.

Decernentes ēt ꝙ talis emptor seu socius post lapsum dicti tpis per aliquem officialem cōis perusie in petitione exactione seu executione aliqua directe vel indirecte occasione taliū cōmunantiaruꝫ seu gabellarum nullatenus audiatur seu audiri debeat modo aliquo seu forma quōcunqʒ aut qualitercunqʒ. Sed sit ꝛ esse intelligatur ex nunc omnibus officialibus dicti cōmunis presentibus ꝛ futuris adempta quo ad p̄dicta omnis iurisdictio cognitio auctoritas ꝛ potestas quemlibet post dictum tempus.

Et decetero in qbuscunqʒ venditionibus faciendis de aliquibus cōmunantijs seu gabellis nullum tempus vel aliquis alius terminus vltra dictum statutum tempus sex mensiuꝫ possit vel debeat apponi vel cōcedi: Et si cōcederetur vel modo aliquo apponeretur vel appositū bactenus appareret ꝙ eo ipso ex nunc sit ꝛ esse intelligatur sublatum ꝛ remotū ꝛ nullius efficatie vel momenti.

Et vt omnis cesset fraus decernimus ꝙ nullus officialis quouis fungatur officio possit audeat vel presumat familiā cōcedere nec aliquam exactioneꝫ seu executioneꝫ facere vel fieri facere per se vel aliuꝫ directe vel per obliquū modo aliquo seu forma sup premissis vel aliquo eoꝝ vel circa ea seu occasione dependentium ab eisdem aut eoꝝ aliquo ad instantiam talium emptoꝝ seu socioꝝ vel alteriuſ cuiuscūqʒ persone nisi primituſ viderint instrumentum emptionis si tempus sex mensium post finem cuiuscūqʒ cōmunantie seu gabelle vendite est elapsum: Et si quam executionem fecerit incidat in dictam penam vt supra p̄mittitꝰ/auferendā ad instantiā cuiuscunqʒ.

Predicta q̄ tamen de executionibus ꝛ exactionibus dicta sunt post lapsum terminum emptionuꝫ gabellarum seu cōmunantiarum prout superius cōtinetur: vendicēt sibi locū in illis ꝛ quantuꝫ ad illos extendantur ꝛ extendi intelligantur q soluissent precium ad qd̄ cōi quolibet tenebantur occasione emptionis talium gabellarum seu cōmunantiarum: ita ꝙ q̄diu non soluerint post lapsum terminū emptionis ꝛ infra terminū superius pretaxatum exactionē aliquam non possint nec debeant facere seu fieri facere quoquo modo nisi prius integrum preciū persoluerint iuxta exigentiam contractuum ꝛ cedulaꝝ. Dumtamen ꝙ vltra prefixum terminū sex mensiuꝫ post finem emptionis huiusmodi in omnibus cōmunantijs ꝛ gabellis exactionē nō possit facere pot.ē.

Uolentes ꝛ decernentes ꝙ in omnibus ꝛ singulis cedulis quarūcunqʒ gabellarum ꝛ cōmunantiarum dicti cōmunis effectus p̄sentis capituli ad cautelam debeat annotari.

Et ꝙ nihilominus p annotato ꝛ apposito haberi debeat ꝛ censeri: ita ꝙ perinde habeaꝰ ac si esset appositus ꝛ declaratus ꝛ sic in omnibus ꝛ singulis ꝛ quo ad omnia ꝛ singula possit ꝛ debeat efficaciter obseruari aliquo non obstante.

Q nulli officiali cōmunis perusie post finem sui officij liceat exactioneꝫ facere de debitis cōmunis perusie: Et ꝙ exigendi facultas nullatenus concedi queat. Rubrica. 365.



[C]Vm quecꝫ temporibus debitis equantur: presenti capitulo duximus statuendum ꝙ massarijs cōmunis Perusie nulla ratione vel modo sit licitum vel permissuꝫ quouis iure causa seu forma quomodocunqʒ ꝛ qualitercunqʒ per se vel alium seu alios directe vel indirecte post finem eorum officij exigere seu exigi facere ab aliquo cōmuni vniuersitate vel singulari persona aliquam quantitatem floreñ. seu pecunie vel aliquid aliud que vel quod deberetur cōmuni perusie quoquo modo causa seu forma: sed talem exactionem facere possint dumtaxat ꝛ per vnum mensem post finitum officium: Et si contrafecerint ꝙ ipso facto ꝛ vice qualibet incidant in penam. ccccc. lib. deñ. perusie de facto per maiorem sindicum auferendarum.

Et nihilominus soluens aliqd̄ ꝯ seu p̄ter formā liberationē aliquā nullatenus consequaꝰ occasione talis solutionis in aliquo quominus per successores fieri possit contra eum exequutio perinde ac si talis solutio non esset facta.

¶ Et vt pretextu prorogationis vel cõcessionis alicu ius termini statuendi post finẽ officij ad exigendum qđ in preteritum fieri sepe numero cõsueuit in futurũ nihil valeat prouderi vel fieri: Decernimus statuentes q̄ p dños potes ꝛ camerarios vel alios quoscũq; magistratus ciuitatis perusie quouis arbitrio fungentes nec p aliquẽ eoꝝ possit vel debeat quoquo modo iure vel causa seu foꝛa directe vel indirecte quocunq; ꝛ qualitcũq; statui cõcedi vel prorogari durante officio vel post depositũ officiũ dictis massarijs alíquis terminus ad exigendũ vel exigi faciendũ aliqđ ab aliquo debitore cõis ꝯ seu pter dictã formaꝫ sub dicta pena a ꝯfaciente quolibet ꝛ vice qualibet per maiorẽ sindicũ auferenda: Et nihilominus qđ factũ fuerit ꝯ vel secus dictã formã nõ teneat ipso iure.

¶ Infra quantum tp̃s massarij teneantur restituere reliquã successoꝛibus ꝛ libꝛos in cancellaria. Rubꝛica. 366.

Statuimus Q̄ massarij cõis perusie teneanẽ ꝛ debeant infra vnũ mensem post finẽ eoꝝ officij imediate sequentes dare ꝛ cõsignare ꝛ effectualr restituere eoꝝ successoꝛibus oẽm quantitatẽ flo. ꝛ pecunie seu cuiuscũq; alterius rei que quolibet supfuisset eis asumptibus ꝛ expensis ꝛ pagamẽtis factis tpe eoꝝ officij sub pena.ccccc.lib.deñ.p qlibet ꝛ restitutionis dupli quãtitatis q̃ quolibet supfuisset: sup qbus debeant spãlr sindicari/ꝛ p sindicũ in dicta pena ꝛ restitutione dupli efficaciter cõdẽnari pena sit dicto sindico de suo retinenda salario si negligens fuerit vel remissus.

¶ Libꝛos aũt introitũ ꝛ exitũ ꝛ gestoꝝ tpe eoꝝ officij in forma publica massarij ꝛ eoꝝ notarij ꝛ fancellus teneanẽ ꝛ debeãt restituisse ꝛ assignasse infra mensẽ post finẽ eoꝝ officij sub dicta pena si negligẽtes fuerint in p̃missis vel aliquo p̃missoꝝ de facto auferenda. ¶ Et q̄ restitutiones taliũ libꝛoꝝ fieri debeant cancellario cõis perusie pena sibi auferẽda vice qualibet dictos libꝛos admittenti.ꝫ terminũ foꝛe susceptos si.ꝫ terminũ p̃dictũ vnius mensis eos non susceperit quoquo modo iuxta exigentiã p̃missoꝝ.

¶ Q̄ massarij cõis perusie possint h̃re consilium sapientis in casibus oppoꝛtunis ꝛ notarius sup registris ꝛ a quibus. Rubꝛica. 367.

Ut cuncta Sub libꝛa pcedant iusticie: p̃nti capl'o duximus statuẽduꝫ q̄ massarij cõis perusie possint ꝛ eis liceat sup qbuscũq; casibus oppoꝛtunis ꝛ q̃ quolibꝫ emergerent seu dubitationẽ afferrent in vel sup casibus pꝛuisis p formã statutoꝝ camere ipsoꝝ quocũq; aut qualitcunq; cõsulere cõsultoꝛem vna cum eis publicandum de sacculis: ꝛ si non publicaretur eligendum per eos. Qui qdem cõsultoꝛ habeat ꝛ habere possit ꝛ debeat p qlibet semestrali tpe qnq; floꝛeñ. de auro a massarijs cõis perusie ꝛ q̄ modo aliquo vltra dictum salariũ nihil aliud possit percipere vel h̃re. Et q̄ ab aliqua singulari psona ꝯ aut sup negocijs cõi perusie tãgẽtib᷒ nihil possit pcipere vel h̃re.

¶ Et si in cõsulendo negligens fuerit vel remissus vel in aliquo p̃missoꝝ q̄ ipso facto ꝛ vice qualibꝫ incidat in penam.C.lib.deñ.

¶ Et si salariatus fuerit a cõi in studio vel aliter q̄ conseruatoꝛes ipsam penam eidem debeant vice qualibet de suo salario retinere sub eadem pena ipsis conseruatoꝛibus auferenda.

¶ Super alijs quoq; casibus quolibet emergentibus in camera massarioꝝ super quibus de nouo prouideretur vel preter pꝛuisa per formam statutoꝝ camere eoꝛũdem aliquid emergeret massarij ipsi possint teneantur ꝛ debeant habere cõsilium a collacteralibus dñi potestatis ꝛ dñi capitanei populi perusini vel duobus ex eis. Qui ad requisitionem ipsoꝛũ massarioꝛuꝫ possint teneantur ꝛ debeant omni vice fideliter eoꝝ exhibere consilium verbotenus vel inscriptis put fuerint ab ipsis massarijs requisiti sine aliquo salario vel mercede.

¶ Et q̄ ad hoc vt cõmune perusie nullatenus ledi queat: q̄ debeat sup iuribus cõmunis perusie semp ꝛ super vno quoq; casu vltra prepositã eis/foꝛmationem suscipere in cancellaria cõis perusie.

¶ Decernentes q̄ massarij ipsi emergente casu aliquo de nouo/vt supra fine predictoꝛũ consilio nihil possint expendere vel facere quoquo modo: sed s̄m eoꝛum consilium pcedere in omnibus ꝛ quo ad oia debeant ꝛ teneantur.

¶ Super casibus vero quolibet emergentibus in registris vel circa ea modo aliq̃ seu foꝛma notarius sup registris teneaẽ ꝛ debeat p̃fatos collacterales cõsulere. Qui/vt supꝛa p̃mittiẽ/teneaẽ ꝛ debeat consulere ꝛ informationẽ suscipere ꝛ inscriptis exhibere consilium cancellario cõis nostri restituendũ per ipsum dicto notario super registris.

¶ Qui notari᷒ possit libere licite ꝛ impune absq; eius preiudicio ꝛ debeat sequi ꝛ ad executioneꝫ pducere cõsilium predictoꝝ collacteralium vel duoꝝ ex eis iuxta eius exigentiam ꝛ tenoꝛem.

¶ Et si quis in aliquo premissoꝝ fuerit negligens vel remissus/incidat in penam.ccccc.lib.deñ.ꝛ vice qualibet cõmuni perusie applicandarum.

¶ Si aũt p̃fati collacterales malũ cõsiliũ dederint sup aliquo casu p̃dictoꝝ p quolibet ꝛ vice qualibet incidãt in penã p̃dictã de salarijs potestatis ꝛ capitanei ꝛ eoꝝ ꝛ vtriusq; eoꝝ tpe sindicatus ad instantiã cuiuscũq;: Et nihilomin᷒ pdẽnari debeãt in restõne dupli q̃titatis vel extimatiõis rei sup q̃ ꝯsiliũ fuisset exhibitũ nõ bonũ ꝯ foꝛmã iuris seu statutoꝝ cõis nñi ad dãnũ dicti cõis: Et sup his debeãt spãlr sindicari.

¶ Q: notarius super registris non possit aliqd registrare quod ad introitum non sit missum. Rubrica. 368.

Ad conservandã Rempublicã statuimus q notarius sup registris in camera massariorũ nõ possit vel debeat quoquo mõ iure vel causa seu forma in registris camere registrare aliquã qntitatem flo. seu pecunie vigore alicui⁹ ordinamẽti pvisionis vel legis vel statuti: qđ imposterũ fieret quolibet vigore alicuius arbitrij ẽt emanantis ab adunãtia gñali vel alr quauis forma nisi pmitus p massarios ⁊ eorũ notarios ⁊ fancellus talis qntitas fuerit missa ad eorũ introit⁹ opportune sub pena mille lib. deñ. pro vice qualibet qua fuerit cõfactum.

¶ Et nihilominus talis registratio nõ teneat vllo modo. Et q sub dicta pena massarij notarij ⁊ fancellus talem quãtitatem ad introitus mittere ⁊ mitti facere illico teneantur.

¶ Q: massarij cõis perusie teneanť mittere ad eorũ introitus omne melioramentum pecunie. Rubrica. 369.

Massarij Cõmunis perusie teneanť ⁊ debeant ⁊ eorũ fancellus diligenter mittere ⁊ mitti facere ad eorũ introitus ⁊ in libris introituũ ipsorũ ordinarijs introituũ camere p eorũ notarius ⁊ fancellũ describi ⁊ poni facere opportune omne lucrũ seu melioramentũ qđ quolibet fieri vel pvenire ptigerit tpe eorũ officij de flo. ⁊ pecunia dicti cõis pventuris quolibet ad eorũ manus durante officio eorũdem sub pena. ccccc. lib. deñ. p quolibet cõfaciente ⁊ vice qualibet de facto auferendarum. Et sup hoc debeant specialiter sindicari.

¶ Q: omnis quãtitas que solui deberet cõi perusie ad aurum vel monetam sic ad introitus mitti debeat. Rubrica. 370.

Ut omnis Cesset fraus insolutionibus in camera massariorũ quolibet faciẽdis: Statuimus q massarij ⁊ eorũ fancellus teneanť ⁊ debeant oẽm quãtitatẽ que in auro solui deberet in camera quoquo modo ⁊ solueretur ad eorũ ⁊ dicti cõis introitus ad aurũ ⁊ in auro mitti ⁊ poni facere diligenter: Et simılr si solutio fieri deberet in pecunia ⁊ facta esset mitti ⁊ poni debeat seriose pena. ccccc. lib. deñ. auferendarũ vice qualibet ⁊ de facto a quolibet cõtrafaciente: Et sic per eorum notariũ in libris ordinarijs describi faciant opportune: Et sup hoc debeant specialiter sindicari.

¶ Q: oia pagamenta q fierent ad aurũ seu monetã sic ad exitus poni debeant. Rubrica. 371.

Ne aliqua Cõi nec singularib⁹ psonis incõmoditas generetur in solutionibus faciendis pñti capitulo duximus statuendũ: Q: massarij cõis perusie ⁊ eorũ fancellus teneanť ⁊ debeant oẽm quantitatẽ quã in auro ⁊ in moneta quõcũq aut qualrcũq sic put soluerint vel solui fecerint ad eorũ ⁊ dicti cõis exit⁹ mittere ⁊ mitti facere diligenter: Et p eorũ notariũ in libris ordinarijs ponere ⁊ poni facẽ opportune sb pena. ccccc. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente ⁊ vice qualibet de facto auferendarum ad instantiam cuiuscũq: Et q super his debeant specialiter sindicari.

¶ Q: ois solutio pecunie q quolibet soluereť p cõi massarijs vel fancello mitti debeat ad introitum. I. tres dies ⁊ registrari. Rubrica. 372.

Ut ratio Introitus diligens semp videri queat ⁊ ne sub ptextu depositi vel aliter introitus descriptio retardeť: duximus statuendũ q ois quãtitas flo. seu pecunie que quolibet deberet camere massariorũ ⁊ de qua in totum vel p parte numeratio vel solutio aliqua facta fuerit massarijs vel fancello ĩ dicta camera vel alibi vel alicui psone p eis modo aliq seu forma quõcũq aut qualrcũq possit ⁊ debeat. I. tres dies postq̃ soluta fuerit vel quolibet numerata p notarius ⁊ fancellum poni ⁊ mitti ad introitus dicti cõis ⁊ camere pdicte ⁊ in libris inscriptis ordinarijs vt est opus: Et q I. dictum terminum idem fancellus teneatur ⁊ debeat terminũ assignare notario super registris talis soluentis nomen ⁊ quantitatem etiam declarare solutam ⁊ causam.

¶ Qui notarius sup registris I. tertiã diem a die declaratiõis pdicte teneať ⁊ debeat qntitatẽ ipsam registrare ad rationẽ talis soluẽtis put est opportunũ.

¶ Si qs aũt in pdictis vel aliq eorũ negligẽs fuerit vel remissum ipso facto ⁊ vice qualibet incidat in penã ccccc. lib. deñ. Et debeat specialiter sindicari.

¶ Q: nulla solutio fieri possit sine solutiõe gabelle. Rubrica. 373.

Ad hoc Ut cõe pusie circa ei⁹ introitus maiora suscipiat augumẽta: Statuimus q decetero nulla solutio alicuius quãtitatis flo. seu pecunie fieri possit vl debeat p massarios seu fancellũ vel aliquẽ eorũ mõ aliq seu forma vel alias psonã pro eis alicui psone cõi corpori collegio seu vniuersitati quõcunq aut qualrcunq sine solutione vel retentione gabelle ad rationem duorum solidorum pro qualibet libra quantitatis que solueretur.

¶ Et si solutio aliq fieret ñ retẽta gabella seu soluta vt. s. q massarij ⁊ fãcellus soluisse itelliganť d eorũ ppo ⁊ nõ de pecunia seu hauere cõis pusie: Et nihilominus qlibet cõfaciẽs incidat in penã. l. lib. deñ.

¶ Decernentes quod decetero non possit seu debeat p ali quos magistratus civitatis perusie presentes seu futuros fie ri aliq lex ordinamentum seu preceptu aliquod cuius vigore aliq solutio fieri possit vel debeat sine solone vel rete tione gabelle: Et si fieret non valeat ipso iure: Et ni bilominus qlibet contrafaciens incidat in dictam penam.
¶ Predicta tamen non vendicent sibi locu in solutioni bus faciendis p massarios seu fancellum officialibus dicti cois civibus seu forensibus vel aliis qbuscuq psonis et qbuscuq de causis secundum formam statutorum et ordinamentorum in presenti volumine coiectorum vel electorum seu contractum celebratorum: quorum vigore seu alicuius eorum solutio aliq fieri deberet et sine solone vel retetione ga belle: Ita quod p cotenta in dicto capitulo non possit piudi tium fieri alicui quoquo modo nec in aliq derogari.

¶ Quod de proventibus camere massariorum nulla so lutio fieri possit per alios nisi per massarios vel fancellum. Rubrica. 374.

Cum mala consuetudine sit indu ctum in pernicies sub stantie et haveris reipublice perusine quod pagamenta fiant p emptores seu exactores comunantiarum seu ga bellarum seu p debitores dicti cois vel alios extra ca meram massariorum et non p massarios vel sic quod utilitas publica non modicum fraudatur ne talia fieri possint imposterum presenti capitulo duximus statuendum: Quod decete ro nullus emptor seu exactor alicuius comunantie seu gabelle dicti cois seu debitor vel alius qcuq pos sit vel debeat quoquo modo de introitibus et pecu niis debitis vel debendis camere massariorum aliquam solo nem facere vigore alicuius ordinamenti vel statuti vel provisionis quod seu q imposterum fieret quoquo modo et p bntes arbitrium ab adunantia gnali alicui psone corpori col legio vel universitati nisi massariis vel eorum fancello.
¶ Et q contra dictam formam aliqd solverit de suo pprio et non de pecunia vel havere cois solvisse intelligatur et perinde habeatur ac si solutio facta non esset.
¶ Providentes et statuentes quod decetero contra predi ctorum exigentiam nullum ordinamentum seu provisio fieri possit vel debeat: Et si fieret ipso iure non valeat: et nibilominus contrafaciens incidat in penam .cccc. lib. den.
¶ Volentes et declarantes quod p massarios seu fan cellum de et sup introitibus camere ipsorum fieri possint et debeant pagamenta et non p alios quoquo modo sub dicta pena ut ad introitus et exitus dicte camere cuncta appareant sicut decet.

¶ Quod nulla solutio fieri possit alicui officiali seu ca stellano vacationem aliquam bnti secundum formam statu torum noviter editorum. Rubrica. 375.

Massarii Comunis perusie non pos sint nec debeant quoquo mo do aliquam flo. seu pecunie qntitatem solvere seu solvi fa cere alicui psone q vacationem aliquam bnt secundum formam statutorum noviter editorum de vacationibus officialium disponentium et ptentorum in volumine statutorum: salvis tamen et spalr reservatis et exceptuatis spalem provisionem bntib quoquo modo vigore alicuius arbitrii ema nantis ab adunantia gnali: Et si solutionem aliquam fa cerent pter dictam formam quod de eo pprio solvisse intel ligantur et non de havere seu de pecunia dicti cois. Et nibilominus vice qualibet incidat in penam .cccc. lib. den. Et debeant in his spcialiter sindicari.

¶ Quod gabella eminarum comitatus exigi debeat in quantitate taxata. Rubrica. 376.

Cum per formam statu torum cois perusie gabella eminarum seu mensurarum comita tus perusie sit taxata et multi querant ut asserit no viter modis ob deficientiam focularium vel fori velle a tali solutione et taxa ex gravari decernimus statue tes quod ipsa gabella possit debeat a castro et villa qli bet comitatus p massarios cois perusie exigi p di cto coi in illa quantitate et summa put et sicut taxata et declarata est sine aliqua defalcatione sine gravatio ne. Non obstante quod forum seu mercatus non haberent castra seu comitatu vel quod tot focularia non bnt vel obstaculis non obstantibus qbuscuq: ita quod dicta ga bella exigatur et exigi debeat in illa summa put et sicut exigi consuevit ab anno dni. M.ccclxxxiii. retro.
Predicta aut gabella non possit nec debeat a comi tatensib pdcis quusq ad solonem taxe fuerint astricti.

¶ De exitibus camere massariorum. Rca. 377.

Massarii Comunis perusie possint te neantur et debeant vigore eorum officii de quacuq pecunia dicti cois que pvenit seu pveniet ad eorum manus dare et solvere et solvi facere illis psonis et illis de causis et illis tpibus et eo mo do et forma put et sicut inferius apparebit et iuxta et secundum formam exigentiam absq alio pcepto vel manda to libere licite et impune oem quantitatem flo. seu pe cunie put et sicut inferius p ordinem declaratur.

¶ De quantitate solvenda p vestimentis pauperum et etiam p eorum cibatione. Rubrica. 378.

In primis Cum omne donum perfe ctum de sursum sit descen dens a patre luminum sicq ipse solus salvet et ptegat statum pacificum civitatis et coe et populum perusinum ut reverentia sicut cogruit habeat presenti capitulo duxi mus statuendum: Quod in ppetuum et anno qlibet in festo decolationis gloriosissimi martyris Herculani fiat et fieri possit et debeat annua elimosina de triginta

tribus vestimētis ⁊ esse debeāt quadragintaseptem canne panni bigij ad rationem vnius floreñ. ꝓ qualibet canna ⁊ ēt ꝙ dicto die dñi priores artium q̄ ꝓ tp̄e fuerint teneanł ⁊ debeāt trigintatrib⁹ paupib⁹ ob xp̄i reuerentiā in eoꝝ palatio cōmestionē dari facere: Et ꝙ ꝓ tali expēsa hīc possint ⁊ debeāt a camera massarioꝝ anno quolꝫ ī dicto festo tres flo. auri.

¶ Declarantes ⁊ statuentes ꝙ massarij cōis perusie q̄ ꝓ tp̄e fuerint de anno in annuꝫ possint teneanł ⁊ debeāt de quacunqꝫ pecunia dicti cōis emere sine aliquo p̄cepto vel mādato dictū pannū in quātitate quadraginta septem cannarū ⁊ ad dictā rationē / oī fraude remota ⁊ p̄ñtare seu p̄ñtari facere dicto die guardiano cōuentus obseruantie fratrū sci Francisci de monte q̄ ꝓ tp̄e fuerit de anno in annuꝫ sub pena. ccccc. lib. deñ. ⁊ vice qualibꝫ a ꝯfaciēte quolibet auferendarum de facto per maiorē sindicum.

¶ Qui qdem guardianus sm̄ eius puraꝫ ꝯscientiā quā in hͦ p̄cipue oneramus possit / ꝓut nouerit ꝯuenire / dictū pannū ⁊ vestimēta trigintatrib⁹ paupibus distribuere ⁊ erogare ꝓut ⁊ sicut nouerit cōuenire.

¶ Et ꝙ ipsi massarij possint ⁊ teneanł ꝓ ipsis exequendis vꝫ pro emptione dicti panni expendere de quacūqꝫ pecunia dicti cōis quadragintaseptem flo. de auro sine aliqua solutione gabelle: ⁊ tres floreñ. dñis prioribus antedictis sine aliqua retentione gabelle de anno in annū p̄dicta obseruando omni ꝯdictione cessante aliquo non obstante.

¶ De pecunijs expendēdis ꝓ luminarijs infrascriptis ⁊ ꝓ cera ⁊ faculis dandis. Rca. 379.

Item Dicti massarij possint teneantur ⁊ debeāt sine aliquo alio precepto vel mādato de quacūqꝫ pecunia dicti cōis expendere ꝓ cera emenda ꝓ faculis ⁊ candelis ⁊ cereis emendis ⁊ dandis ⁊ distribuendis iuxta ⁊ sm̄ ⁊ ꝓut ⁊ sicut .ꝭ. distincte ⁊ seriosissime declaratur quantitates pecuniarū opportunas ꝓ infrascriptis quātitatibus cere emende ꝓut capiet ⁊ sūmabit sm̄ valorē cere ꝓ tp̄e sine solutione gabelle aliquo non obstante.

¶ De faculis ⁊ candelis dandis infrascriptis officialibus in festiuitate sancti Constantij ⁊ alijs religiosis. Rubrica. 380.

In primis Dent ⁊ erogent massarij cōis perusie in vigilia beati Constantij martyris infrascriptis officialibus vꝫ dño locumtenenti ducali / dñis prioribus artium eoꝝ notario cancellario abreuiatori reformationum cōis perusie dño potestati ⁊ dño capitaneo populi ⁊ maiori sindico vnam faculam cere ponderis quatuor lib. pro qualibet ⁊ quolibꝫ ipsoꝝ. Que facule capiunt in totū sexaginta lib. cere vꝫ.

¶ Item gonfalonerijs ⁊ eoꝝ notario / officialibus sup arbitrio / cōseruatoribus monete / massarijs cōis perusie officialibus sup massaritijs vnā faculam cere ꝓ quolibet ponderis trium libraꝝ ꝓ qualibet.

¶ Item duobus nūcijs dictoꝝ gonfalonerioꝝ vnā faculā ꝓ vtroqꝫ ponderis duaꝝ libraꝝ ꝓ qualibet.

¶ Item cōsultoribus ⁊ notarijs ꝯseruatoꝝ ⁊ massarioꝝ ⁊ notario sup registro vnam faculaꝫ ꝓ quolibet ponderis trium librarū pro qualibet.

¶ Item dent ⁊ erogent priori sci Constantij duos cereos cere in bastis ponderis. xx. lib. cere deferendos ad ecclesiā sci Constantij ⁊ ibidē relinquēdos.

¶ Item erogare debeant dño abbati monasterio sancti Petri ⁊ monicis ⁊ clericis dicte abbatie in dicto festo septem libras cere vꝫ ꝓ dño abbate vnaꝫ faculam ponderis vnius libre ⁊ sex libras candelarum ad rationem sex candelarum ꝓ qualibet libra.

¶ Item capellanis capelle sancti Herculani in ecclesia sci Laurētij / ⁊ ecclesie sancti Herculani capelle superius ⁊ capelle inferius libras qnqꝫ candelaꝝ in dicto festo ad rationem sex candelaꝝ pro qualibꝫ libra que candele capiunt. xv. libras cere.

¶ Item gubernatori seu custodi sancte Marie de volta dēt ⁊ erogare debeāt in dicto festo duas faculas ponderis quatuor libre cere pro qualibet.

¶ Item dño ep̄o perusino vel alteri ep̄o accedenti parato ad ꝓcessionem ⁊ eius vicario si vicarius erit duas faculas cere vꝫ dño ep̄o ponderis quatuor libras ⁊ dicto vicario ponderis triuꝫ libraꝝ cere ⁊ si vicarius nō fuerit episcopo erogare debeant vnam faculam ponderis trium librarum.

¶ Item priori claustrali sancti Laurentij ꝓ se ⁊ canonicis erogare debeant sex lib. candelarū ad rōnē sex candelarū pro qualibet libra ⁊ ad rōnem duaꝝ candelarū pro quolibet canonico ⁊ pro capellanis sancti Laurentij duas libras candelarū dicti ponderis dandas ad rationem vnius candele pro quolibꝫ que candele capiunt in toto octo libras cere.

¶ Item priori totius cleri perusini pro oībus clericis dent ⁊ erogare debeant decem libras candelaꝝ ad rōnem sex candelaꝝ ꝓ q̄libet distribuēdaꝝ ipsis clericis per ipsum p̄orem ad rōnem vnius ꝓ q̄libet.

¶ Item guardiano scti Francisci. xviij. libras cere vꝫ ꝓ ministro vnā faculā ponderis duaꝝ lib. ⁊ ꝓ q̄libet magistro in sacra pagina vnā faculā ꝓ quolibet ponderis vnius libre: ⁊ pro alijs fratibus. xij. libras candelaꝝ ad rōneꝫ sex candelaꝝ pro qualibet libra per ipsum guardianum vnicuiqꝫ fratri distribuendarum ad processionem venienti.

¶ Item priori sancti dominici dent ⁊ erogare debeant in dicto festo decem ⁊ octo libras cere distristribuendas modo ⁊ forma ꝓut supra de guardiano sancti Francisci exprimitur.

¶ Item erogare debeāt priori sancti augustini in dicto festo decem ⁊, octo libras cere vꝫ duas faculas

p duobus magistris in sacra pagina ponderis unius libre p qualibet/ et sex lib. candelarum ad ronem sex candelarū p qualibet libra per ipsum potem distri buendas suis fratribus ad pcessionem venientibus.

Item priori sancte Marie servoꝝ decem libras cere vz vnā facula ponderis vnius libre p magistro in sacra pagina et sex libras candelarū ad rationem sex candelarum pro qualibet lib. distribuendarum cuilibet fratri venienti ad processionem.

Item priori sancti Matthei p se et fratrib' venientibus ad pcessionem duas libras candelarū ad rationem sex candelarum p qualibet libra.

Item priori.s. Marie nove erogare debeāt sex lib. candelarū ad ronē sex candelaꝝ p qualibȝ libra distribuēdaꝝ dictis fratrib' veniētib' ad pcessionē.

Item priori.s. Simonis erogare debeant tres libras candelarū ad rōnem sex candelaꝝ p qualibȝ distribuēdaꝝ dictis fratrib' veniētib' ad pcessionē.

Item capellano.s. Honofrij in campo erogare debeant in dicto festo qnqȝ lib. candelarū ad dictam rationeȝ sex candelarum p qualibet libra cere.

Item priori monachoꝝ corporis xpi stantiuȝ in ecclesia sancti Florentij porte solis decē libras cere.

Et predicta oia locum habeant et extendantur ad illos clericos qui ad processionem accederent et non ad alios quovis modo.

De quantitate expendenda p cera eroganda in vigilia translationis gloriosissimi martyris sc̄ti Herculani. Rubrica. 381.

Item Teneant et debeant dicti massarij in vigilia trāslationis gloriosissimi martyris Herculani qd festum celebratur die pma martij dn̄is locūtenēti ducali prioribus et coꝝ notario cancellario abreviatori reformationū cōis pusie dn̄is potestati et gonfalonerijs et eoꝝ notario cōser vatorib' monete/massarijs cōis perusie nūcijs gon falonerioꝝ et alijs officialibus faculas in numero et pondere put et sicut erogari debēt in vigilia festivi tatis.s. Cōstantij put et quēadmodū supius ptinet.

Item teneant et debeāt dare ser Antonio alleu tij de piro/et ser Christofaro de gualdo et eoꝝ suc cessoribus in hoc festo vnā faculaȝ p quolibet pon deris triū lib. p qualibȝ: et vnā aliā faculā dicti pon deris in festo sancte Marie de mēse augusti ita qp in dictis duab' luminarijs dent eoꝝ vtriqȝ due facu le dicti ponderis in ipsis festiuitatib' anno quolibȝ.

De candelis et faculis dandis clericis in vigilia dicte festiuitatis. Rubrica. 382.

Item Dent et erogare debeāt in dcō festo ca pellanis sancti Herculani.s. capelle in ferioris et superioris qnqȝ lib. candelaꝝ p q̄libȝ cu stodi sancte marie de volta/dn̄o ep̄o perusino vl' alij vel eius vicario/priori claustrali sc̄ti Laurētij p se et canonicis priori totius cleri perusini p se et clericis guardiano sc̄ti francisci p se et ministro magistris in sacra pagina priori sancti dominici p se et pvinciali et magistris et fratrib' poti sc̄ti augustini p se et ma gistris et fratribus: poti sc̄i matthei p se et fratrib': priori sancte Marie nove p se et fratribus: poti sc̄i Simonis p se et fratrib': et capellano sc̄i Honofrij et poti sc̄i Florētij et alijs oib' erogare debeāt facu las et cādelas i ea q̄titate et numero et pōdere put et sicut in festiuitate sc̄i Constantij p ordinē cōtinet.

De faculis dandis in dicto festo capelle sancti Herculani. Rubrica. 383.

Item Dent et erogare debeant in dicto festo sc̄i Herculani ecclesie sc̄i Laurētij sexa ginta faculas cereas pōderis quatuor libraꝝ p q̄s cōburēdas in dicta capella ad laudes dei et matris antedicti que capiūt in totum libras. ccxxxx.

De faculis dandis in festo pdicto fratribus san cti dominici. Rubrica. 384.

Item Dent et erogare debeant in dicto festo fratribus sc̄i dominici sex faculas cōbu rendas ad diuinū offm̄ ponderis. iiij. lib. p qualibȝ.

De expensa faciēda in cereis magnis et bastis et alijs p honorādo imaginem beati Herculani et dn̄os priores in luminarijs. Rubrica. 385.

Item Dicti massarij possint teneant et debeāt in dicto festo fieri facere duo duplerios magna pōderis qnqginta libraꝝ p q̄libet in bastis et octo duplerios quatuor libraꝝ p quolibet i bastis causa honorādi i pcessione imaginē beati martyris Herculani/et causa honorandi de sero in dicta vigi lia et in die festiuitatis dn̄os potes et alios officiales dicti cōis in scalis sc̄i laurētij more solito et qp de pdi ctis oibus pfiderata cera q̄ cōburit et expēsa cere et bastarū et portitoꝝ i totū possint expēdere et ad ex tū ponē p oib' dictis duplerijs et cereis et p bastis et portatoribus et cera octingētas libras cere vt ca pit in totum cera p dicta festiuitate sc̄i Herculani.

De cera danda fratribus sancti Augustini in klen. Maij. Rubrica. 386.

Item Possint teneantur et debeant erogare fratribus sancti Augustini in k'lis maij pro solennitate corporis Christi in cereis et candelis ad electā prioris eoꝝ anno quolibet libras qnqua ginta cere sine aliquo precepto vel mandato.

¶ De facculis et candelis dandis dñis prioribus et clericis et fribus sancti Dominici in festo ascẽsionis dñi nři Jesu xpi. Rubrica 387.

Item in festo Ascensionis dñi nostri Jesu xpi massarij predicti teneant et debeant erogare dñis prioribus artium ciuitatis Perusie decez facculas ponderis quatuor librarum pro q̃libet dãdas et offerẽdas et relinquẽdas scẽ Marie de volta et duo tortitia seu dupleria in bastis ponderis sexdecim librarum cere relinquende vt supra.

¶ Item dent religiosis facculas et candelas in q̃titate et numero put et sicut supra d festiuitate sancti Herculani exprimit exceptis facculis dãdis capelle sci Herculani ecclie sancti Laurentij: Possint tñ et debeant dare capellano dicte capelle.v.lib.candelarum: Et etiam fratribus sancti Dominici dare teneãtur quatuor facculas ponderis quatuor librarum cere pro qualibet et non vltra.

¶ De facculis dandis priorib⁹ artium et qbusdam alijs in festiuitate corporis xpi. Rca.388.

Item dent Et erogare debeãt dci massarij ad reuerentiã corporis xpi dñis ducali locuntenẽti priorib⁹ artiũ eorum notario/cancellario/abreuiatori reformationũ dño potestati et capitaneo vnã facculam cere ponderis quatuor lib.pro qualibet et quolibz ipsorum gonfalonerijs eorum notario pseruatoribus monete et massarijs et alijs cõprehẽsis in festo sci Cõstantij et nuncijs gonfaloneriorũ vnam facculam pro quolibet põderis put superius in festiuitate sancti Constantij.

¶ De facculis et candelis dandis in festo corporis xpi clericis et religiosis. Rubrica.389.

Item dicti Massarij teneantur et debeãt erogare i dicto festo facculas et cãdelas clericis et religiosis/exceptis fratribus sancti Francisci/nisi quatenus accesserint ipsi fratres sancti Francisci: Et ẽt cereis dandis abbati et monacis sancti Petri: Eo modo et forma et in ea q̃titate et pondere put et sicut superius de festiuitate sancti Constantij est expressum.

¶ De facculis dãdis in dicto festo fratribus sancti Dominici. Rubrica.390.

Itẽ dicti massarij Teneãtur et debeant erogare in dicto festo corporis Christi fratribus sancti Dominici duodecim facculas cereas põderis quatuor lib.pro qualibet earuz ibidẽ relinquẽdas et comburendas ad diuina officia.

¶ De brauio dando in festiuitate corporis xpi fratribus sancti Dominici et de alijs brautijs dandis capellis dñorum priorum sancti Herculani et sancte Marie de volta. Rubrica.391.



Item dicti Massarij pro honore et reuerentia corporis xpi possint teneantur et debeant sub pena.cccc.lib.deñ.anno q̃libet in dcõ festo dare dictis fratrib⁹ sancti dominici vnum brauium ex pulchriorib⁹ pñtãdis cõi Perusie in festo gloriosissimi martiris sancti Herculani/exceptis brauijs ad que curritur et ẽt brautijs offerendis capellis dñorum priorum artium et sancti Herculani et maiestati de volta: Et q dñi priores artium sub dicta pena vel alij officiales cõis pusie non possint seu debeant directe vel indirecte dationem dicti brauij quolibet impedire quo minus vnũ ex pulchriorib⁹/a pdictis exceptis/hic possint et debeant put superius contine tur aliquo non obstante.

¶ Possint etiam et debeant sub dicta pena dare brauia capellis dñorum priorum sancti Herculani et sancte Marie de volta ẽm ordinamẽta facta sup huiusmodi erogationibus.

¶ De facculis dandis dñis prioribus artiũ et qbusdam alijs in festiuitate indulgentie apud sanctũ Dominicũ de mẽse Augusti. Rubrica.392.

Item dare Et erogare dbeãt dci massarij i festo indulgentie que est apud eccliã sancti Dominici de mẽse Augusti dñis ducali/locumtenenti/priorib⁹ artiũ/ eoruz notario/cancellario/abreuiatori reformationuz domino potestati et capitaneo populi et maiori sindico vnam facculam pro quolibet ponderis quatuor lib.cere pro qualibet earum.

¶ Item gõfalonerijs et eorum notario pseruatoribus dicti cõis officialibus arbitrij et alijs officialibus cõprehẽsis in festo sancti Cõstantij vnam facculam pro quolibet eorum ponderis triuz lib.pro qualibet earum:

¶ Item duobus nuncijs gonfaloneriorum vnam facculam pro vtroqz eorum ponderis duarum librarum cere pro vtraqz ipsarum.

¶ De facculis et candelis dandis religiosis in festo dicte indulgentie. Rubrica.393.

Item dare Et erogare dbeãt dci massarij in festo dicte indulgentie apud sanctum Dominicũ de mẽse Augusti facculas et candelas clericis et religiosis/exceptis fribus sancti Frãcisci/nisi quatenus accesserint dicti fratres

dicti fratres sancti Francisci & porte sancti Constantij/abbate & monacis sancti petri faculis capelle sancti Herculani in quantitate numero & pondere prout supra est expressum/& potissime in festivitate sancti Constantij antedicti.

De faculis dandis fratribus sancti Dominici in dicto festo. Rubrica. 394.

ITem dent Et erogare debeant dicti massarij fratribus sancti Dominici in dicto festo duodecim faculas cereas pondere quatuor lib. pro qualibet earum relinquendas & ibidem comburendas ad divina officia.

De faculis dandis dominis Prioribus & alijs officialibus in luminaria facienda in festo sancti Laurentij. Rubrica. 395.



Item Dent & erogare possint & debeant in festo Sancti Laurentij dominis ducali/locumtenenti/prioribus/notario cancellario/abbreviatori/& alijs officialibus civibus & forensibus & clericis & religiosis illas faculas illius ponderis & in ea quantitate & summa illa modo & forma prout & quemadmodum fieri & dari debent in festo sancti Constantij: Decernentes quod fiat luminaria more solito ab ecclesia s. Francisci ad sanctum Laurentium sicut decet & prout fit in luminaria s. Constantij: Item dare debeant in dicto festo fratribus sancti Francisci duodecim faculas ponderis quatuor lib. pro qualibet comburendas ad divina officia celebranda.

De candelis dandis dominis prioribus in festo beate virginis Marie. Rubrica. 396.

ITem dicti Massarij erogare debeant dominis prioribus artium in festo beate Marie virginis in purificatione benedicendas & retinendas pro eis & familia libras quinque candelarum cere.

De faculis dandis in festo assumptionis gloriose virginis Marie dominis prioribus & quibusdam alijs. Rubrica. 397.

IN festo Assumptionis gloriose virginis Marie quod celebraretur de mense Augusti apud ecclesiam sancte Marie de monte lucido dicti massarij teneantur & debeant erogare dominis ducali/locumtenenti prioribus/eorum notario/cancellario abbreviatori/potestati capitaneo/gonfalonerijs/& eorum notario conservatoribus monete/massarijs communis Perusie & alijs officialibus & nuntijs gonfaloneriorum faculas in numero quantitate & pondere cere prout. Sicut in festivitate sancti Constantij est expressum. Item ser Antonio allevutij & ser Christofaro vagnutij officialibus ad servitia dominorum priorum deputatis unam faculam pro quolibet ponderis trium librarum cere pro qualibet.

De faculis & candelis dandis clericis in dicto festo. Rubrica. 398.

ITem dare Et erogare teneantur & debeant faculas & candelas clericis & religiosis in ea quantitate & pondere exceptis porte sancti Constantij & domino abbate & monacis sancti Petri & fratribus sancti dominici/nisi quatenus accesserint dicti fratres sancti dominici/prout & sicut in festivitate sancti Constantij est expressum.

De faculis dandis ecclesie montis lucidi in dicto festo. Rubrica. 399.

ITem dare Et erogare debeant ecclesie seu monasterio montis lucidi ibidem relinquendas & comburendas ad divina officia duodecim faculas ponderis quatuor librarum cere pro qualibet.

De candelis dandis disciplinatis ferentibus & referentibus imaginem salvatoris Rubrica. 400.

ITem dent Et erogent disciplinatis ferentibus imaginem salvatoris libras tresdecim candelarum pro utraque vice ad rationem sex candelarum pro qualibet libra.

De cereis dandis capelle dominorum priorum. Rubrica. 401.

ITem dent Et erogare teneantur & debeant sine alio precepto vel mandato de quatrimestri in quatrimestre in principio cuiuslibet quatrimestralis temporis capellano sive sacriste capelle palatij dominorum priorum pro luminando corpus domini nostri Jesu Christi unum cereum cere ponderis quatuor librarum pro quolibet.

Item dent & erogare debeant & teneantur capellano capelle palatij dominorum priorum unam faculam ponderis duarum librarum cere in qualibet luminaria prout domini priores & alij sunt soliti habere.

De faculis dandis dominis prioribus artium in festo sancti Lodovici. Rubrica. 402.

IN festo Beati Lodovici dicti massarij teneantur & debeant anno

q̄libet erogare ⁊ dare dn̄is p̄oribus artiũ duodecim faculas pōderis quatuor lib. p q̄libet offerendas ⁊ relinquendas ecclesie sancti Francisci de Perusio ⁊ cōburendas ad diuina officia ad quam ecclesiam in dicto festo ad honorem ⁊ reuerentiam beati Lodouici dicti dn̄i priores ⁊ potestas ⁊ alij officiales forenses personaliter accedere teneantur.

¶ De pecunia danda fratribus sancti Francisci in dicta festiuitate. Rubrica. 403.

ITem dicti Massarij dare soluere teneant̄ ⁊ debeāt dictis fratribus sancti Francisci loci de Perusio in dicto festo p vna piatanza seu recriatione singulis dictis fratribus facienda lib. xxv. den̄.

¶ De faculis dandis in festiuitate sancti Agustini. Rubrica. 404.

ITem dicti Massarij dare ⁊ erogare teneant̄ ⁊ debeāt in festo gl'osissimi doctoris eccl'ie Agustini dn̄is p̄oribus artiũ duodecim faculas cereas pōderis quatuor lib. p q̄libet relinquēdas ⁊ cōburendas ad diuina officia in dicta eccl'ia sancti Agustini: ad quam ecclesiam dn̄i priores potestas ⁊ capitaneus ⁊ alij officiales forenses accedere personaliter teneantur.

¶ De faculis dādis dn̄is p̄oribus ⁊ alijs officialibus in festo sancte Marie de mēse Septēbris. Rubrica. 405.

ITem Qđ in festo sctē Marie de mense septēbris fiat luminaria ⁊ p̄cessio put ⁊ sicut in festo sancti Cōstantij: Et q massarij possint teneant̄ ⁊ debeāt dare faculas dn̄is p̄oribus ⁊ alijs officialibus ⁊ clericis ⁊ religiosis cādelas siue faculas in illa q̄titate ⁊ sūma ⁊ in illo pondere ⁊ mensura ⁊ illis p̄sonis modo ⁊ forma p̄ntis statuti in festo ⁊ solēnitate beati Constantij.

¶ Decernentes q fiat p̄cessio mō ⁊ more solito ⁊ oīa in distributione ⁊ erogatione cere seruētur put fit in festo predicto aliquo non obstante.

¶ Itez fratribus dicte eccl'ie in dicto festo octo dupleria cum scutis ad arma cōis Perusie ponderis in totum qnquaginta lib. cere ibidem relinquenda.

¶ Item anno q̄libet vnuz palium de sirico de largiendis cōi de melioribus q̄ habebunt p honorādo altare in capella beati Ambrosij antedicti.

¶ De faculis dandis dn̄is p̄oribus/notario/cācellario in festo sancti Frācisci. R̄ca. 406.

ITem Dare ⁊ erogare teneant̄ ⁊ d̄beāt in festo bt̄i Frācisci de mēse octobris dn̄is p̄oribus/notario/⁊ cācellario. xij. faculas pōderis q̄tuor lib. p q̄libet relinquēdas ⁊ cōburēdas ad diuina officia in ipsa eccl'ia ad quā dicti dn̄i priores ⁊ officiales forenses accedere teneantur.

¶ De faculis dādis dn̄ij p̄oribus artiũ in festo decollationis beati Herculani. R̄ca. 407.

ITem Dēt ⁊ erogare debeāt dn̄is p̄oribus artiũ ciuitatis p̄usie in festo decollationis beati Herculani. x. faculas ponderis triũ lib. p q̄lz cere relinq̄ndas capelle sup̄iori eccl'ie sc̄i Herculani posite in porte. s. petri ad quā eccl'iaz dc̄i dn̄i p̄ores/ptās/capitaneus/⁊ aliȷ̄ officiales p̄sonalr̄ accedē teneant̄ ⁊ cōburēdas ad diuina officia.

¶ De faculis dādis maiestati de volta in qualibet luminaria. Rubrica. 408.

ITem Dicti massarij teneant̄ ⁊ debeant dare loco maiestatis de volta pro illuminādo dc̄m locū in q̄lz ex supradictis p̄cessionibus vz luminarijs sancti Constantij/sancti Herculani/corporis xp̄i/indulgentie apud sanctum Dominicum/⁊ sancte Marie mōtis lucidi duas faculas cereas ponderis quatuor librarum p qualibet.

¶ De calice dādo in festiuitate sc̄i Ambrosij frib' sancte Marie noue ⁊ de cassatione luminarie ⁊ oblationū dicte festiuitatis ⁊ ēt de cassatione luminarie in festo sancti luce. R̄ca. 409.

ITem Dicti massarij teneant̄ ⁊ debeāt fieri facere vnū calicem argenteū deauratū in quo sunt sculta arma cōis p̄usie valoris ⁊ p̄cij. x. flo. quē calicē dicti massarij de quacūq3 pecunia dicti cōis emere teneant̄ ⁊ expēdere dictā sūmam ⁊ offerre in die festiuitatis. s. Ambrosij eccl'ie sancte Marie noue de p̄usio āno q̄lz s̄b pena. ccccc. lib. den̄. ob reuerētiā dicti doctoris sancti Ambrosij in cuius die libertas populi p̄usini sue salutis spiritū reassūpsit: Statuētes ⁊ declarātes q luminarie brauiorum cursus ⁊ oblatio cereorum ⁊ brauij ⁊ aliorum agēdorum in dcā festiuitate ⁊ ēt in festiuitate sancti Luce q̄ celebrari ꝯsueuit p religio gloriissimi martiris bt̄i Herculani q̄ hactenus fieri ꝯsueuerūt sint ⁊ eē intelligant̄ casse ⁊ reuocate: Et exnūc cassamus cācellamus ⁊ irritamus in oībus ⁊ singulis ⁊ q̄ ad oīa ⁊ singula q̄ in dictis festiuitatib' p parte seu noīe cōis p̄usie vel artiū siue artificū dcē ciuitatis retrolapsis tp̄ibus fieri ꝯsueuerūt: Et q massarij cōis p̄usie decetero nō possint seu d̄beāt q̄q̄ mō directe vl' idirecte p dcis festiuitatibus vel altera earum vel p executione hacten' ordinatorum seu fcōrum aliqd expēdere vel facē q̄q̄ mō nisi dūtaxat in oblatione dicti calicis ⁊ si secus facerēt de eorum p̄prio fecisse intelligant̄ ⁊ non de pecunia seu hauere cōis p̄usie aliq̄ non obstante.

¶ De candelis dandis ministro ⁊ fratribus humiliatoꝝ ⁊ fratribus tertij ordinis in qualibet luminaria. Rubrica. 410.

ITem dicti massarij possint ⁊ eis liceat in qualibet luminaria q̄ fieret in dicta ciuitate Perusie dare ⁊ erogare ministro ⁊ cuilibet ⁊ fratribus ordinis humiliatorum ad processionem venientibus vsq; in duas candelas ad rationem sex candelarum ꝑ qualibet lib.

¶ Item cuilibet ex fratribus tertij ordinis beati Francisci ad processionem venientibus vsq; in duas candelas ad dictam rationem.

¶ De modo ⁊ ordine distribuendi faculas in processiõibus ⁊ festiuitatibus supradictis religiosis. Rubrica. 411.

UT quecq; Dei ⁊ sanctoꝝ suoꝝ reuerentiam respiciūt sub debita ordinatione ꝓcedāt pñti capl'o duximus statuendū φ massarij cōis ꝑusie possint teneant ⁊ debeant in q̄libet festiuitate/vt .ĩ. ꝑmittit ordinata ⁊ declarata vz in festiuitate .s. Cōstantij:in vigilia trāslationis .s. Herculani:in festiuitate corporis xpi:in festiuitate ascensionis dñi nři Jesu xpi:in festiuitate indulgētie apud .s. Oñicū:in festiuitate assūptionis glose virginis Marie ad ecclesiam monasterij mõtis lucidi dare ⁊ erogare faculas ⁊ cādelas clericis ⁊ religiosis ac capellanis distinctis ⁊ declaratis .ĩ.in festiuitate .s. Cōstantij iuxta ⁊ ſm distributionem ⁊ formā ibidē traditā ⁊ descriptā: Quas q̄dē faculas ⁊ cādelas religiosis ⁊ clericis dare ⁊ ꝯsignare teneanť prioribus ⁊ guardianis locoꝝ seu ꝯuētuū in luminarijs seu festiuitate .s. Cōstantij descriptis vel ꝓcuratoribus taliū locoꝝ seu ꝯuentuū dādo dictas faculas ⁊ cādelas de mane in die cuiuslibet luminarie in camera dcōꝝ massarioꝝ ⁊ pōderādo ad hoc vt fraus aliqua cōmitti nequeat ſb pena .cccc. lib. dcñ. ꝑ q̄lz ⁊ vice q̄lz q̄ q̄ñlibet in aliq̄ extiterit ꝯfactū seu neglectū: Qui q̄dem priores seu guardiani teneātur ⁊ debeāt dcās faculas ⁊ cādelas erogare ⁊ distribuē clericis ⁊ fr̄ibus ⁊ religiosis ⁊ alijs ꝑut ⁊ sicut sibimet ē expssū fideli ⁊ ſb onē coꝝ cōsciētie ꝑut decet ⁊ ad ꝓcessiones fr̄es oēs ducere sicut in pteritū extitit ꝯsuetū ⁊ veniētibus erogare candelas ⁊ faculas ⁊ nō alijs quouis mō aliquo non obstante.

¶ De pecunia soluenda ꝑ pictura imaginis beati Herculani. Rubrica. 412.

ITem dent ⁊ soluant anno q̄libet camerario pictoꝝ ꝑ pictura imaginis beati herculani .x. lib. dcñ. sine solutione gabelle: Uolentes φ de pictura honorabiliter facienda idem camerarius curam habere debeat diligentem.

¶ De pecunia soluenda illis qui trahunt ad anulum in platea. Rubrica. 413.

ITem dicti massarij teneanť possint ⁊ debeāt dare ⁊ soluere sine alio ꝓcepto vł mādato hastiludentib' equestribus in platea cōis Perusie ad anulum in festiuitatibus sancti Herculani ⁊ omnium sanctorum cuilibet lucranti anulum in vtroq; festo ꝑut extitit consuetum decem lib. dcñ. aliquo non obstante.

¶ De pecunia soluenda ꝑ fulcimētis brauioꝝ ad q̄ currit ⁊ ꝑ alijs .ĩ.scriptis causis. Rca. 414.

ITem possint ⁊ debeāt dicti massarij expēdere de pecunia dicti cōis ꝑ fulcimētis brauioꝝ: ad q̄ currit in festiuitatib' sancti Herculani ⁊ oium sanctoꝝ ⁊ ꝑ thauro porchetta/ pane/ ancipitre ⁊ hastis frangentibus in diebus ordinatis vsq; in q̄ntitatē .lx. flo. de auro in totū ad declaratioñē dñoꝝ prioꝝ ⁊ camerarioꝝ dicte ciuitatis.

¶ De q̄ntitate soluenda ꝑ elimosina infrascriptis fratribus ⁊ monasterijs Rubrica. 415.

ITem dicti massarij possint teneantur ⁊ debeāt dare ⁊ soluere de quacūq; pecunia dicti cōis q̄ ꝑuenit seu ꝑueniet ad eoꝝ manus sine alio precepto vel mandato ꝑ elimosina anno quolibet vz in kł. Augusti cuiuslibet anni.

¶ Fratribus sancti Francisci.
¶ Fratribus sancti Dominici.
¶ Fratribus sancte Marie noue.
¶ Fratribus sancti Agustini.
¶ Pro quolibet conuentu dcōꝝ quatuor ꝯuētuū lib. l. dcñ. vz in totum lib. ducentas.
¶ Item monasterio sancte Marie de mõte lucido anno quolibet lib. xxv. dcñ.
¶ Itē fr̄ibus sancte Marie seruoꝝ lib. xxv. dcñ.
¶ Item monasterio sancte Marie Magdalene libras vigintiquinq; denarioꝝ.
¶ Itē dcō monasterio dēt ⁊ soluāt .C. lib. dcñ. āno q̄libet vz qnquaginta in festo natiuitatis ⁊ alias qnquaginta in festo pascatis dñice resurrectionis.
¶ Item de decēnio in decēniū dent ⁊ soluant vnū palium de offerendis cōmunis Perusie.

¶ De oleo dādo ꝑ maestate de volta. Rca. 416.

ITem dicti massarij dēt ⁊ soluāt ⁊ dare ⁊ soluere teneanť ⁊ debeāt gubernatori seu rectori scē Marie maiestatis de volta ꝑ oleo emēdo ꝑ lāpadibus accēsis retinēdis in dicta maestate ad eius reuerētiā mēse quolibet vnū flo. de auro si ⁊ inq̄tū oleū qđ recolligitur seu recolligeret

in bonis dicte massaritis nō sufficeret: quo casu dcāz q̄titatem soluere teneant᷑ ⁊ alr vel alio modo non sꝫ solum soluere debeant in defectum dicti olei/put opus fuerit ad rationez vnius flo. p quolibet mēse.

¶ De pecunia soluēda societati saxi i festiuitate. s. Herculani ⁊ societati mōtisflucidi in festo asumptionis virginis Marie. Rubrica. 417.

Item Cū societas saxi in festiuitate gloriosissimi martyris Herculani in ferēdo imaginē dicti martyris in ludis celebrādis in dicta festiuitate se pteritis exercuerit/⁊ preteritis tpibus a massarijs cōis pusie in dicta festiuitate hēe cōsueuerit sex flo. de auro ⁊ .xx. lib. deñ. vt ad decorē dicte festiuitatis valeāt excitare: duximus statuēdū φ massarij cōis possint teneant᷑ ⁊ debeāt anno quolibet in dicto festo dare ditte societati saxi dcās q̄titatem sex flo. de auro ⁊ .xx. lib. deñ. sine aliquo alio precepto vel mandato aliquo non obstante.

¶ Itez societatis mōtisflucidi p ludo ⁊ festo faciēdis apud modū p̄dictū lib. l. deñ. anno quolibet.

¶ De brauio nō dādo canonicis sancti Laurentij nisi brauium pstiterint societati saxi in festiuitate sancti Herculani. Rubrica. 418.

Cum Sanctissimus in xp̄o pr̄ ⁊ dn̄s dn̄s Urban᷒ sūma dei puidētia papa sextus in eius aduētu ad ciuitatē pusie largitus fuerit brauiū i reuerētiā ⁊ decorē festiuitatis gl'osissimi martyris Herculani ⁊ id hēant canonici sc̄i Laurētij ⁊ iā renuerint cōmodare in dcā festiuitate societati saxi p honorādo imaginē martyris p̄dicti cuꝫ ferr̄ ⁊ referr̄ ab ecclīa. s. Laurētij ad. s. Dominicuꝫ ⁊ ecōuerso in eius celebri festo: decernimus statuētes φ in q̄tuꝫ canonici. s. Laurentij nō acōmodent anno q̄libet in dcō festo dcm̄ brauiū dcē societati occasione p̄dicta φ massarij nō possint nec debeant directe vel indirecte q̄uolibet dare sine dari facē ipsis canonicis vel alijs p eis aliqđ brauiū ex brauijs dci cōis nō obstāte quocūq; ordinamēto dcīs canonicis hactenus edito sub quacūq; conceptione verborū Et si secus fieret eo ipso incidant in penaꝫ. cccc. lib. deñ. aliquo non obstante.

¶ De pecunia soluenda capellano eccl'ie. s. Laurētij q pulsat cāpanā scholarioꝝ. Rca. 419.

Item dicti Massarij dent ⁊ soluant de quacunq; pecunia dicti cōis que perueniet ad eoꝝ manus capellano sancti Laurentij qui pulsat campanaꝫ p scholaribus anno quolibet libras decem denarioꝝ sine alio precepto vel mandato.

¶ De q̄titate soluēda capellano sacristie palatij dominoꝝ prioꝝ p lanternis tenendis in palatio dn̄oꝝ prioꝝ. Rubrica. 420.

Item Dicti massarij anno q̄lꝫ in kl'. ianuarij teneant᷑ ⁊ debeant dare ⁊ soluere sine alio pcepto vel mādato capellano sacristie palatij dn̄oꝝ prioꝝ p oleo emēdo ⁊ p lanternis manutenēdis p ipꝫ capellanū cū lumine de nocte in scalis palatij dn̄oꝝ prioꝝ flo. decem de auro sub pena. cccc. lib. deñ. p quolibet contrafaciente.

¶ Itē massarij p̄ntes vel futuri teneant᷑ ⁊ debeāt sb dcā pena dare ⁊ soluere officialibus massaritiaꝝ p dictis lāternis emēdis ⁊ ordinādis in scalis dicti palatij: ad hoc vt lumē de nocte ptinue hēat᷑/p honore dicti palatij ⁊ ēt cōmodū ascēdentiū seu descēdentiū per scalas dicti palatij flo. x. de auro quas q̄dem lāternas dicti officiales fieri facere ⁊ ordinare ⁊ manutenere teneantur. s. scalas dicti palatij in illis locis put viderint conuenire aliquo non obstante.

¶ De q̄titate soluenda officialibus massaritiaꝝ p fonte platee ⁊ eius aque ductu. Rca. 421.

Item Massarij cōis pusie teneantur ⁊ debeāt oēs q̄titatē flo. seu pecunie pueniture ad eoꝝ manus tpe eoꝝ officij ex gabella q̄ soluit᷑ ⁊ solui debet in dicta camera ex q̄titatib᷒ flo. seu pecuniaꝝ p massarios soluēdis sine alio pcepto vel mādato p manutētione fontis platee ⁊ eius aq̄ ductus ⁊ cisternis/dare ⁊ soluere officialibus massaritiaꝝ cōis pusie tpibus ⁊ sub pena put ⁊ sicut i statutis seu in ordinamentis dicti cōis de tali materia disponentibus q̄uolibet ptinet᷑ aliquo non obstante.

¶ De precio gabelle postribuli soluendo officialibus massaritiaꝝ p aconcimine palatioꝝ ⁊ massariarum dicti cōis. Rubrica. 422.

Item Massarij cōis pusie ⁊ eoꝝ notarij ⁊ fancellus possint teneātur ⁊ debeāt sine alio pcepto vel mandato soluere ⁊ solui facere officialibus massariaꝝ dicti cōis p manutentione palatioꝝ ⁊ massariaꝝ dci cōis ⁊ p alijs circa eoꝝ officiū opportunis oēs q̄titatē flo. auri ⁊ pecunie pcipiēde ex gabella dicti postribuli anno q̄lꝫ ad eoꝝ introitus poni ⁊ registrari facere eo mō ⁊ fois ⁊ sub illis penis put ⁊ sicut in ordinamētis de dicta materia ⁊ deputatiōe disponētibus q̄uolꝫ ptinetur.

¶ De precio gabelle eminarūꝫ ciuitatis Perusie soluēdo officialibus massariaꝝ ex causis. J. scriptis. Rubrica. 423.

Item Massarij cōis pusie teneātur ⁊ debeāt sine alio pcepto vel man/

dato dare et soluere officialibus massariarum cõis perusie pro manutẽtiõe cãpanarum et horologij et earum pulsatione et pro acõcimine matonatus ciuitatis et burgorum portarum et suburgorum perusie oẽm q̃ntitatem flo. seu pecunie q̃ quolibet perueniet ex gabella eminarum et mensurarum ciuitatis predicte burgorum et suburgorum.

¶ Decernẽtes quod dicta gabella sit et esse intelligatur deputata officialibus massariarum pro p̃dictis omnibus exequẽdis et quod in vsus alios cõmitti seu deputari nõ possit per massarios vel alios officiales sub pena .ccccc. lib. deñ. Et quod emptores tã p̃ntes q̃z qui pro tpe fuerint teneantur et debeãt p̃cium dicte gabelle dare et soluere dictis officialibus tpibus et prout soluere deberẽt dcis massarijs: Et quod dicti massarij teneantur et debeant et eorum notarij et fancellus dcãz q̃ntitatem ad petitionẽ dictorum officialiuz sub dicta pena ad eorum introitus et exitus poni facere et registrari ad rationem emptorum prout et sicut fuerit opportunum.

¶ Decernẽtes ẽt quod in casu q̃ dcã gabella nõ vẽderetur: quod fruct⁹ redditus et pruẽtus eiusdẽ solui debeãt dictis officialibus massariarũ aliquo non obstante.

¶ De salario soluendo dictis officialibus et alijs infrascriptis per massarios: Et primo septem domicellis dñorum priorum. Rubrica. 424.

MAssarij Cõis perusie possint teneãtur et debeãt sine alio p̃cepto vel mãdato dare et soluere septẽ domicellis deputatis seu deputãdis per dños p̃ores et camerarios in palatio habitationis dñorum priorum artiũ ciuitatis perusie ad seruitia dñorum p̃orum et pro honore officij p̃oratus solũ visa eorum electione flo. duos de auro pro quolibet eorum et quolibet mense sine alia solutione vel retentione gabelle sub pena .C. lib. deñ. pro quolibet et vice qualibet si fuerint negligentes.

¶ De pecunia soluenda pro raubis septem domicellorum. Rubrica. 425.

ITem Dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeãt pro septez raubis septem domicellorum deputatorum seu deputandorum ad seruitia dñorum priorum pro quolibet anno in festo beati Cõstantij ad rõnem .x. flo. de auro pro q̃libz rauba in totũ pro q̃lz anno flo. lxx. sine aliq̃ solutione gabelle et dictã q̃ntitatẽ soluere teneantur sub pena .C. lib. deñ. pro quolibet et vice qualibet qua fuerit contrafactũ visa solũ eorum electione sine aliq̃ alio p̃cepto vel mãdato.

¶ De q̃ntitate pecunie soluẽda pro raubis nuncij et famulorum et portinarij dñorum p̃orum. R̃ca. 426.

ITem Dare et soluere teneantur et d̃beãt dci massarij sine aliquo alio p̃cepto vel mandato solum visa eorum electione pro indumẽtis nũcij dñorum priorum et pro duodeciz raubis famulorum et portinarij et eorum notarij ad rõnez .iiij. flo. auri pro qualibet rauba dictorum famulorum et portinarij et pro indumentis nũcij sexdeciz flo. de duobus mẽsibus in duos mẽses in totũ flo. lxiiij. de auro cum debita tñ retentione gabelle sub pena .ccccc. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente et vice qualibet.

¶ De salario soluẽdo sacriste capelle dñorum priorum. Rubrica. 427.

ITem Dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeãt de mense quolibet sacriste capelle dñorum priorum vel eius successori pro suo salario duos flo. de auro sine alicuius retentione gabelle sub pena centum librarum denariorum.

¶ De salario soluẽdo coquo/guactaro et aquaiolo in palatio dñorum priorum. Rubrica. 428.

ITem Dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant vni coquo eligendo per dños priores pro toto tpe officij p̃oratus duorum mensium flo. quatuor de auro.

¶ Item vni guactaro et qui verrat palatiuz dñorum priorum eligendo per dictos dominos priores pro tpe duorum mensium in totum duos flo. de auro.

¶ Itez vni q̃ hauriat aquã eligẽdo per dictos dños priores tpe officij p̃oratus et ferat ad coquinam et ad salaz in totũ flo. iij de auro: et quod dictas q̃ntitates soluere teneantur et debeant solum visa eorum electione sine aliquo precepto vel mandato cum debita retẽtione gabelle sub pena .C. lib. deñ.

¶ De salario soluẽdo notario dñorum priorum pro scripturis restituendis. Rubrica. 429.

ITem Soluant et soluere teneantur et debeant notario dñorum priorum pro salario scripturarum et libri restituendi in cancellaria cõis perusie per euz in forma publica de eis de q̃bus rogatus fuerit pro tpe cuiuslibet p̃oratus flo. x. de auro cũ debita retẽtione gabelle: dũmõ dicti massarij teneantur sub pena .cccc. lib. deñ. añq̃z soluãt hũisse fidem de restitutione libri .x. mẽsez a die depositi officij in cancellaria cõis: Et nihilominus in simili pena incidat dictus notarius si n restituerit/ de qua quarta pars sit officialis et residuum cõis Perusie.

¶ De salario soluendo cancellario cõis perusie pro eius victu et alijs expẽsis. Rubrica. 430.

ITem Dẽt et soluãt et dare et soluere teneantur et debeant cancellario cõis

perusie p eius quotidiano victu tpibus t sub pena put in eius electione exprimitur ad rónez.xx.sol.deñ: p qlibet die sine alia solutione vel retétione gabelle p anno quolibet in totum lib.ccclxvi.deñ.

Item eidem p lumine bñdo in cancellaria cóis Perusie mense quolibet duas libras candelarum cere sine aliqua solutione gabelle.

Item eidem anno quolibet in subsidiu3 expésa3 vltra dictas qtitates floreñ.quindecim de auro sine aliqua solutione gabelle.

Itě eidě p pěsione domº áno qlz.xx.flo.de auro.

De qtitate soluenda abreuiatori reformationū cómunis Perusie p expésis t pensione domus. Rubrica. 431.

Item Dicti massarij possint teneant t debeant dare t soluere abreuiatori reformationū cóis Perusie temporibus t sub pena in eius electione cótenta p sublevatione expésa3 anno quolib3 flo.quindeci3 de auro sine aliqua solutione vel retentione gabelle.

De qtitate soluenda p robbis t caputeis nunciorum gonfalonerior3. Rubrica. 432.

Item Dét t soluát t dare t soluere teneant t debeát duobus nūcijs gófalonerio3 p duabus robbis t duobus caputeis anno quolib3 flo.viginti de auro t libras decem.

De qtitate soluenda pro robbis tubatorum t naccharini cóis Perusie Rubrica. 433.

Item Dét t soluát t dare t soluere teneant t debeant p septem robbis/tubato3 t vnius naccharini ad rationem.x.flo.p qualibet robba solum visa eo3 electione flo.lxx.de auro retinédo gabellam ad rationem.xij.deñ.p qualibet lib. Dūmodo p honore cóis Perusie dictas robbas teneantur portare omnibus diebus festiuis pena .C.sol.deñ.p quolibet t vice qualibet.

De salario soluédo tubatoribus t naccharino. Rubrica. 434.

Item Dét t soluát t dare t soluere teneant t debeant p salario dicto3 tubatoru3 t vnius naccharini cū vno equo p quolibet eorum ad rationem.v.flo.auri quolibet mése t qlibet eo3 si ronzinum retinuerint:t si ronzinu3 nó retinuerint ad rationem trium flo.p quolibet mense t quolib3 eo3 de quo quidem ronzino móstram t assignam facere teneant sicut in alijs ordinaméntis camere est expressum: Et q dictas qtitates tam p robbis q pro salario ipsi massarij soluere teneantur sub pena .L.lib.deñ.p qualibet vice retinendo gabellam ad rationem duodecim deñ.p qualibet libra solu3 visa eo3 electione seu conducta aliquo non obstante.

Q: fres.s.Marie seruo3 béant curā capelle.s. Honofrij sita in domibº carcer3. Rca. 435.

Item Volumus t mandamus q capitulu3 t fres.s.Marie seruo3 curá béant capelle.s.Honofrij in domibus carcerū site:t q ipsi sit totalr attributa: Dūm dicti capitulum t fres teneant facere oia ad que tenent t debét fieri in dcā capella maxime t circa diuina officia illic celebranda p qbus ipsi capitulum t fres béant a massarijs cóis pusie anno quolibet vnū cereū cere póderis.vj. lib.t lib.vj.cádela3:q massarij teneant t debeát dare dcō pñtui t capl̄o sb pena.ccccc.lib.deñ.fide habita d obseruatione sup ptcto3 deñ cereū t cádelas.

De salario soluědo custodibº carcer3. Rca.436.

Item Dét t soluát t dare t soluere teneant t debeant qnq3 custodibus carcerum cóis pusie p tpe duo3 mensium ad rationem.xij.sol. deñ.p quolibet eo3 t quolibet die solum visa eoru3 electióe seu publicatióe de duobus mésibus in duos méses lib.clxxx.deñ. Et si plus minus ve caperent vices p bimestrali tpe soluere debeát ad rationē.xij. sol.deñ.p quolibet die vt capient aliquo nó obstáte.

De pecunia soluenda p oleo t aqua pro carceribus cóis. Rubrica. 437.

Item Dét t soluát t dare t soluere teneant t debeant sine precepto vel mandato custodibus carcerum cómunis Perusie solum visa eo3 electione seu publicatione pro oleo habendo p lumine tenendo in dictis carceribus t ét pro aqua hñda pro carceratis flo.duos de auro de duobus mensibus in duos menses aliquo non obstante.

De salario soluědo bono hoi t notario carcer3. Rubrica. 438.

Item Dare t soluere teneant t debeát bono homini t notario dcō3 carcerū p eo3 salario d duobus mésibus in duos méses lib.x.deñ. solum visa eo3 electione seu publicatione.

De salarijs soluédis sindicatoribus officialium forensium t notario. Rubrica. 439.

Item Dicti massarij teneant t debeát dare t soluere sindicatoribu3 officialiū forēsiū cóis pusie solū visa eo3 electione seu publicatióe p eo3 salario flo.tres de auro pro quolibet eorū t notario ipso3 sindicato3 solū visa eius electióe flo.ij. pro quolibet officio sindicatus aliquo non obstáte.

¶ De salario dando baiulis cōis Perusie. Rubrica. 440.

ITem Dicti massarij possint teneanť et debeāt sub pena .C.lib.deň.pro qualibet et vice qualibet vsqz in numerū duodecim baiulorū tā electorū q̄ eligendorū per dños priorem artium ad rónez .ij.flo. pro quolibet eorū et quolibet mēse solum visa eorū electione et habita fide ab officialibus quibus sunt vel erūt deputati de penso fuitio de tpe in tpe ad hoc vt illis debeat satisfieri q fuiēt/put decet. Et q ipsi baiuli teneanť et debeāt ferre birrectū rubeū cū armis cōis Perusie fm formam ordinamēti de tali materia disponētis: Et q pro salario dictorū baiulorū sint in specie deputati introitus quos officiales quibus tales baiuli fuiēt venire facerēt i camerā massariorū vt tpib⁹ debitis ipsis baiuli satisfiat aliq̄ nō obstāte.

¶ De salario soluendo officialibus armarij. Rubrica. 441.

ITem dent Et soluant et dare et soluere teneātur officialibus armarij librorū cōis Perusie pro quolibet eorum pro tpe semestrali ad rationem .xij.flo.de auro pro quolibet eorū in totum flo.xxiiij.de auro solum visa eorū electione seu publicatione.

¶ De salario soluendo notario et vni famulo officialium custodie. Rubrica. 442.

ITem Dicti massarij dare et soluere teneanť et debeāt vni notario officialiū custodie solū visa eius electione seu publicatiōe de sex mēsibus in sex mēses in totū pro tpe semestrali flo.vj.de auro cuz debita retētione gabelle: Et vni famulo ad rationez vnius flo.de auro mēse quolibz vz vnum flo. pro quolibet eorum et quolibet mense et famulus vacare debeat sex menses.

¶ De q̄ntitate soluenda pro pennonibus tubatorū cōis Perusie. Rubrica. 443.

ITem Dare et soluere teneanť sine alio precepto vel mandato pro pennonibus tubarū et eorū fulcimētis dādis tubatorib⁹ cōis Perusie āno quolibet tpe ꝯsueto et expendere ppea de quacūqz pecunia cōis Perusie quolibz anno vsqz in sūmā .lv.flo.de auro pro his oibus: Et hec fieri possint si et in q̄ntum deliberaretur per dños priores et massarios fore opportuna ad bussolas et fabas.

¶ De q̄ntitate soluenda pro malapezzis et alijs opportunis pro iustitia faciēda. Rubrica. 444.

ITem Dent et soluant et dare et soluere teneanť et debeāt pro iustitia faciēda cuilibet malapezze et vice qualibet ad bullectenum officialiū forensiū q iusticiā fieri fecerint libras du as deň.perusinorū et pro alijs causis opportunis ppea fm bollectenū taliū officialium dcēm q̄ntitatem opportunam: Verū quia pro bñdis dictis malapezzis multa scādala oriuntur/et plerūqz hoies bone nationis incogniti ad pdicta cōpellunť/q est inhumanū/Volumus q si ꝯtigerit aliquos forēses capi et detineri pro maleficio/robbarie vel furti ita q veniret in ponenda pena mortis fz formā statutorū:q priores et camerarij hēant arbitriū mādādi officiali q eos detineret q vsqz ad duos hoies inclusiue debeat liberare a pena mortis et eos ꝯdēnet et ꝯdēnare debeat in ppetuū carcerē ad dcm officiū malapezze exercēdū: Et quotiēs ꝯtigerit q aliqs officialis cōis Perusie decis haberet necesse pro executione alicuius iusticie:q custodes carcerum teneantur et debeāt tali officiali assignare et facta executione dcē iusticie dictus officialis reasignare debeat sub pena mille lib.deň.pro quolibet malapezza et vice qualibet qua ꝯfactū fuerit: Et q per massarios cōis Perusie debeāt solui alimenta et vestimēta ꝯdecētia dictis duobus malapezzis vz pro quolibet malapezza .xv.flo.auri in anno: Que q̄ntitas debeat eis solui de mēse in mensem in principio cuiuslibet mēsis sub pena dictis massarijs triū flo.auri pro qualibet vice qua ꝯfactuz fuerit: Et habitis dcis malapezzis in dictis carcerib⁹/vt.s.pmittiť q tunc dicti massarij alijs malapezzis nihil soluere teneanť nec debeant: Et si contingat aliquē de dictis malapezzis mori similis prouisio possit et debeat fieri et alius surrogari.

¶ De tertia parte soluenda ex cōdēnatione heredibus occisi. Rubrica. 445.

ITem dare Et soluere teneantur et debeant heredibus occisi vel occidendi sine alio precepto vel mandato tertiam partem totius condēnationis que soluereť cōi Perusie prout et sicut in alijs statutis.

¶ De parte contingente officialibus forensibus soluenda. Rubrica. 446.

ITem dicti Massarij possint teneantur et debeant sine alio precepto vel mandato dare et soluere omnibus et singulis officialibus forensibus pro inuentionib⁹ armorū ludi et inuenctis de nocte et pūctaturis castellanorū et famulorū et potestatuz et rectorū comitatus et ciuitatis et terrarū suppositarū cōis Perusie: Et de inuēctis contra decretuz et in salariū fraudem cōmittētibus: Et de alijs que venire fecerint in cōi omnes q̄ntitas florēň.et pecuniarum eis deb.tas p

formã statutoꝝ dicti cõis de tali materia disponen tiũ ꝛ ſm formã eoꝝ electioni aliquo non obſtante.

¶ De salario dãdo mũdatori platee. Rca.447.

Item Dicti massarij possint teneanẽ ꝛ debeãt sine alio pcepto vel mãda to dare ꝛ soluere mũdatori platee cõis pusie anno quolibet visa solum publicatione seu electione lib.L. den. ꝛ talem solutionem facere teneantur ꝛ debeãt illis tẽporibus ꝛ terminis ꝛ sub illis penis ꝛ cum illa retẽtiõe pũctaturaꝝ p neglectu mũdatiõis put ꝛ sicut declaratũ fuerit p dcõs officiales massaritiaꝝ.

¶ De salario soluẽdo officialibus cãpionis carniũ Rubrica.448.

Item Dare ꝛ soluere teneanẽ ꝛ debeãt duobus officialibus cãpionis car niũ cõis pusie solũ visa eoꝝ electione seu publicatio ne p anno quolꝫ flo.xxx.de auro p vtroqꝫ eoꝝ.
¶ Et si cõtigeret p dñoſ priores ꝛ camerarios vnũ aliũ eligi in officialẽ cũ eisdẽ ipsi silr soluere debeãt ad dictã rationem.xxx.flo.solum visa eius electione vel publicatione: Et hmõi solutionẽ facere debeant de precio pasture clusij vel alia quacũqꝫ pecunia ali quo non obstante.

¶ De qũtitate soluenda aduocato cõis Perusie ꝛ pro scripturis in causiſ cõis. Rubrica.449.

Item Dicti massarij possint teneanẽ ꝛ debeãt dare ꝛ soluere pro salario aduocati vel sindici cõis pusie quotiẽs pro defensa iuriũ cõis in aliqua lite ɔtrouersia vel causa mota vl mouẽda ɔ cõe pusie eligereẽ p dños priores artiũ ad mãdatũ dictoꝝ dñoꝝ ꝛ camerarioꝝ anno quolibet vsqꝫ in quãtitatem.x.flo. de auro pro quolibet eoꝝ: Et p scripturis que fieri occurrerẽt in aliqua ɔtro uersia/lite/questione/vel causa que quõlibet moue reẽ seu mota esset ɔ cõe pusie possint expẽdere qũtita tem opportunã ad mãdatũ dñoꝝ poꝝ pdictoꝝ ꝛ ca merarioꝝ ciuitatis pusie q pro tpe fuerint obtento ptito ad bussolas ꝛ fabas albas ꝛ nigras ad minꝰ p duas ptes in quolꝫ casu pdictoꝝ aliquo nõ obstãte.

¶ De electione castellanorũ ꝛ stipendio soluendo per massarios. Rubrica.450.

Quia Sepe nũero cõtingit ꝙ ad custo diã castroꝝ seu locorũ comitatus pusie vel terraꝝ subiectaꝝ ipsi cõi ob causis emergẽ tibus ẽt suspitionibuſ que de talibus locis oriunẽ p statu cõis pusie opus est aliquẽ castellanũ dirigere: pñti caplo duximus statuẽdũ. Qꝫ quotiẽscũqꝫ neces sitas flagitaret dñi priores ꝛ camerarij artiũ ciuita tis pusie obtẽto tñ pmituſ partito sup vnaquaqꝫ ele ctione castellani ad bussolas ꝛ fabas albas ꝛ nigras per oẽs priores cõcorditer vel ad minuſ p nouẽ ꝛ p oẽs camerarios ɔcorditer vel ad minꝰ triginta qnqꝫ possint ꝛ eis liceat eligere ꝛ deputare in castellanũ seu castellanos illos quos putauerint ɔuenire ꝛ mit tere ad illa loca put ꝛ sicut putauerint opportunũ. Saluo ꝙ neminẽ possint eligere q esset debitor cõis pusie vel cõdẽnatus seu exbãnitus modo aliquo seu forma: Et ẽt saluo ꝙ remissio aliq̃ sup tali electione seu deputatione fieri nõ possit ſꝫ expsse noiatio vł ele ctio fieri debeat in ɔsilio dñoꝝ prioꝝ ꝛ camerarioꝝ ꝛ loci ad quẽ dirigiẽ: Et ẽt saluo ꝙ neminẽ possint eligere p maiori tpe nisi vsqꝫ in spaciũ vnius mẽsis. Et etiã saluo ꝙ nullus possit ɔduci cũ pluribus pa gbis nisi vsqꝫ in nũeꝝ triũ pagaꝝ eius psona cõputa ta loci/ꝛ psone ꝛ opportunitatiſ q̃litate pẽsata: Et si secus vel alr fieret qð factũ fuerit nõ teneat ipso iu re nec aliqd solui possit seu debeat quoquo modo: Et qui solueret ɔ dictã formã de suo ppio soluisse itelligaẽ: Et nihilominꝰ tã eligẽs q̃ soluẽs q̃ ẽt acce ptãs p q̃lꝫ ꝛ vice q̃lꝫ incidat in penã.cccc.lib.den.
¶ Decernẽtes ꝙ massarij cõis pusie possint teneã tur ꝛ debeãt visa tali electione facta iuxta exigentiã premissoꝝ seu faciẽda tales castellanos ꝛ eoꝝ famu los ɔducere ꝛ scribi facẽ debeãt p pila ꝛ signa sicut fit de gẽtibus armigeris ꝛ de q̃cũqꝫ pecunia dicti cõis ꝛ sine alio pcepto vel mãdato soluere ꝛ solui facere ad rõnem duoꝝ flo.cũ dimidio p qualibet paga re tinẽdo tñ debitã gabellã ad rõnem.ij.sol. p qualibet libra de qbus quidẽ castellanis ꝛ eoꝝ famulis re uideri possit ꝛ debeat mõstra put ꝛ sicut reuideri debet de alijs castellanis ꝛ eoꝝ famulis ꝛ pũctari ꝛ puniri put ꝛ sicut debẽt alij castellani ſm formã sta tutoꝝ camere cõseruatorũ ꝛ prout in ipsis statutis seriosius cõtinetur: Et talis descriptio castellanorũ ꝛ famulorũ fieri possit ꝛ debeat per notariũ sup exi tibus camere massariorũ in vno libro depse: Qui quidẽ notarius sub dicta pena.J.tres dies a die ta lis conducte teneatur ꝛ debeat notariũ talis castel lani cum nũero pagaruꝫ ꝛ locũ ad quẽ dirigitur ex scripsisse ꝛ registrasse in cancellaria cõis pusie in li bro cõductaꝝ put de cõductis faciendis per came ram cõseruatorũ in statutis dicte camere ɔtinetur.
¶ Volentes ꝛ declarantes ꝙ illi qui in dicto libro cancellarie descriptuſ nõ esset dicti massarij nõ pos sint vel debeat de pecunia dicti cõis aliqd soluere p eius stipẽdio seu puisione occasione pdicta. Sed si soluissent de eoꝝ ppio soluisse intelligaẽ ꝛ ad oĩa ꝛ singula tã massarij q̃ notarius teneantur in tali ca su prout ꝛ sicut de conseruatoribus monete ꝛ nota rijs super conductis in statutis dicte camere cõser uatorum seriosissime cõtinetur aliquo quod loquẽ tur in contrarium non obstante.

¶ De emendatione equorū officialiū et ambasiatorum cōis Perusie quando morirentur vel fierent inutiles. Rubrica. 451.

ITem Quia plerūqꝫ cōtingit ꝙ dñi potestas et capitaneus et alij officiales forēses cōis Perusie nec nō ambasiatores cōis pusie q pro factis dicti cōis diuersimode destinātur equos rōzinos et mulos quos ducūt et ducere tenent perdūt multipliciter et amittūt qt ipsi equi ronzeni et muli durāte officio officialiū predictoꝝ moriunt et inutiles efficiunt / et sit pueniēs indēnitati officialiuꝫ huiꝰ puidere. Ideo statuimꝰ et ordinamꝰ ꝙ dñi potestas et capitaneus et alij rectores forenses cōis Perusie ac ēt ambasiatores dicti cōis qbus casus occurreret de morte vel in vtili effectione alicuius equi rōzini vel muli dū fuerint in seruitiū cōis pusie possint et eis liceat adire massarios cōis Perusie et corā eis manu notarij cassationū ipsoꝝ massarioꝝ narrationē facere et petere emēdā taliū equoꝝ rōzinoꝝ et muloꝝ et summariā pbationē facere corā eis saltē p duos testes fidedignos vel p scripturā publicā manu publici notarij et corā dictis massarijs psentādū: quā fidē et pbationē massarij supradicti teneant et debeāt recipere et admittere infra otto dies a die facte petitionis et ipsaꝫ pbationē sic factā pducere corā dñis poribus artiū ciuitatis Perusie qui dñi priores possint et eis liceat mādare dictis massarijs ꝙ dent et soluāt rectori vel ambasiatori cuiꝰ fuerit equus ronzinus vel mulus mortuus vel inutilis effectus emēdā ipsius equi rōzini vel muli sm extimationē de ipso factā p conseruatores monete cōis pusie seu p dños priores artiū ciuitatis pusie: q extimatio fieri debeat vꝫ de equis rectoꝝ forēsiū p pseruatores monete cōis pusie sm formā electionis ipsoꝝ. Et de equis rōzinis et mulis ambasiatoꝝ cōis pusie anteꝗ̄ accedāt p ambasiata aliqua faciēda p dños priores artiū ciuitatis pusie manu publici notarij et scripta reduci: Et ꝙ massarij cōis pusie seruata forma pdicta teneant et debeāt ad mādatū dictorū dñoꝝ prioꝝ dare extimationē qualibet eorū sm formā dicti mādati: Et vltra ꝯ vel pter formā supradictā massarij cōis Perusie vel alius officialis dicti cōis dictas emēdas vel aliquaꝝ eaꝝ soluere nō possint nec deāt vllo modo sub pena qngētaꝝ lib. deñ. dictis massarijs p vice qualibet qua ꝯfecerint auferenda: Et quod secus soluerint de eoꝝ proprio soluisse intelligatur aliquo non obstante.

¶ De honorandis nuncijs ferentibus bona noua. Rubrica. 452.

CUm Laudabili ꝯsuetudine sit inductū et iugiter obseruatū ꝙ nuncij venientes pusiū ad dños priores cū palmis victorioſis vel alr bona noua ferētes p pte cōis pusie in vestimētis seu largitione pecunie cōsueuerint honorari: vt in posterū talis honor effectū debitū / cū in pteritū aliquotiēs fuerit in talibus ob erratū sicut congruit / assequat: pñti capl̄o duximus statuendū ꝙ de cetero quotiēscūqꝫ ad dños pores artiū ciuitatis pusie venerit aliqs nūtius cū aliq victoriosa palma vel aliq felicia seu importātia noua reportauerit et videret esse decēs p honore cōis ipsuꝫ nūciū seu nuncios quocūqꝫ fuerit honorare in vestimētoꝝ largitionibus seu pecuniaꝝ sicut psonaꝝ seu facti qlitas postularet: Q. p dños pores et camerarios fieri possint et deant deliberatio et declaratio talis honoris faciēdi et q̄ntitatis expēdēde pptereа / et ꝙ talis q̄ntitas p ꝯsiliū pdictoꝝ dñoꝝ poꝝ et camerarioꝝ obtēto ptito ad bussolā et fabas albas et nigras ad minꝰ p duas ptes et in ipso ꝯsilio debeat declarari: Et ꝙ remitti talis q̄ntitas expēdēda in alios declarāda non possit nec debeat quoquo modo: Et p hꝫ huiꝰ declaratiōnē / vt. s. pmittit p dños pores et camerarios faciēdam massarij cōis pusie possint teneant et debeāt dare et soluere officialibus massaritiaꝝ cōis pusie oēꝫ q̄ntitatē vt. s. pmittit / declarādā de q̄cūqꝫ pecunia dicti cōis q puenit seu puenitet ad eoꝝ manus: quā q̄ntitatem dicti officiales massaritiaꝝ teneant et debeant expēdere in honorādis talibus nūcijs put et sicut in alijs exenijs et expēsis in hospitio faciēdis: Et alr vel alio modo talis expēsa deliberari non possit vel fieri et si fieret nō teneat ipso iure / et soluēs ꝯ dictaꝫ formā de suo pprio soluisse intelligat et nō de pecunia seu hauere cōis pusie: Et nihilominus glibet cōtrafaciēs incidat in penā quingētaꝝ lib. deñ. p quolibet et vice qualibet aliquo nō obstante.

¶ De honorandis officialibus forensibus in diebus pascalibus. Rubrica. 453.

CUm In honorēꝫ cōis Perusie et eius magnificentiā fuerit in preterituꝫ laudabiliter obseruatū: ꝙ in diebus pascalibus officiales forēses ciuitatis pusie in cōuiuijs in palatio dñoꝝ potū fuerint honorati: ad hoc vt talis ꝯsuetudo honorabilis obseruet: Statuimus ꝙ de cetero dñi pores artiū q p tpe fuerint possint teneant et debeāt in pascate natiuitatis dñice resurrectiōis et pētecostē quolꝫ die triū dieꝝ cuiuslꝫ pascatis dñꝫ potestatē / capitaneū ppli / maiorē sindicū / et eoꝝ collaterales / cācellariū / abreuiatorē reformationū / capitaneū custodie / et notariū deputatū seu deputādū ad ꝯsilia ꝯgregāda i dcō palatio et quēlꝫ eoꝝ honorabilr puenire sic p honore et magnificētia dci cōis et honore officij fuerit oportunū: Et ꝙ p qlꝫdie q dcōs officiales ꝯuiuauerint in qlꝫ festiuitate pascali put supius est expssuꝫ / ipsi dñi pores beānt et hre deant sine pcepto vel mādato solū bꝫa fide de tali ꝯuiua-

tione facta a massarijs cōis Perusie flo. tresdecim de auro ꝛ vnū tertiū alterius flo. indequacūq; pecunia dicti cōis q̄ pueniet ad eoꝝ manus. Et sic possit ꝛ debeat in ppetuū obseruari ꝛ seruef. Et vt cesset cā extrauagātiū additionū salarioꝝ q̄s dñi pores vltra debitū nūcq̄ talibus de causis multifariā querātabāt ꝛ sine dāno cōis Perusie nō absq̄ nabāt. Et q̄ vltra dictā q̄titatē vt. ē taxatā pdictoꝝ vel alicuius eoꝝ occasione seu depēdētiū ꝛ cōnexoꝝ directe vel indirecte modo aliquo seu sofa nihil aliud possit ꝓuideri dari vel solui de pecunia seu hauere cōmunis Perusie ꝛ si secus fieret nō valeat ipso iure ꝛ quilibet ɔtrafaciēs incidat in penā qngentaꝝ lib. deñ. vice qualibet de facto auferēdaꝝ. Et nihilominus qlibet soluēs vltra vel ɔtra dictā formā seu sint massarij vel alij quicūq; officiales seu debitores cōmunis Perusie de eoꝝ ꝓprio soluisse intelligaf ꝛ nō de pecunia seu hauere cōis Perusie quoquo modo aliquo q̄d loquereſ in ɔ̄rium nō obstante.

¶ De bonorādis officijs forēsibus ꝛ embasiatoribus ꝛ sindicis terraꝝ subiectaꝝ ꝛ recōmēdataꝝ cōis Perusie in festiuitate. s. herculani. Rca. 454.

AD reuerentiā Gloriosissimi martiris Herculani ꝛ magnificētiā ꝛ honorē cōis ꝛ populi pusini, sicut ɔgruit intēdētes vt eius festiuitatis gloriosa celebritas q̄ fit anno quolꝫ in kl. mēsis martij sicut cōgruit modis oib᷒ decoref: duximus statuēdū q̄ dñi pores artiū ciuitatis Perusie q pro tpe fuerint possint teneanſ ꝛ debeāt in dicto die festiuitatis cōuiuare honorifice sicut decet officiales forēses in pcedēti caplo declaratos oēs ꝛ singulos ambasiatores seu sindicos ciuitatū terraꝝ ꝛ locoꝝ ꝛ dñoꝝ cōi Perusie suppositoꝝ seu recōmendatoꝝ q ad dictā ciuitatē Perusie venerint ad pātandū brauia seu alia quecunq; cēsualia in tali festo dictis dñis porib᷒ p cōi Perusie recipiētibus: ꝛ q̄ p tali cōuiuio dicti dñi priores habeāt ꝛ hr̄e possint ꝛ debeāt sine alio pcepto vel mandato a massarijs cōis pusie flo. triginta de auro de quacūq; pecunia dicti cōis q̄ peruenit seu pueniet ad eoꝝ manus aliquo nō obstāte.

¶ De pecunia expēdēda p nūtijs veniētib᷒ ad ciuitatē Perusie ad dños pores. Rubrica. 455.

CUm Sepe cōtingat ad dños pores artium ciuitatis Perusie dirigi nūcios a diuersis ptibus ꝛ psonis qbusp honore cōis Perusie est decēs in aliquo ꝓuideri ꝛ etiā cū sepe cōtingat ex aliquo casu ipsos dños pores vltra curforeo dicti cōis aliquos mittere nūcios qbus cōuenit etiā aliqualr ꝓuideri: Et nō sit ɔgruū rationi q̄ ipsi dñi priores de eorū ꝓprio soluāt: Statuimus q̄ massarij cōis Perusie pcedente tamē deliberatione dñoꝝ poꝝ ꝛ camerarioꝝ ꝛ obtēto ptito ad bussolā ꝛ fabas albas ꝛ nigras ad minus p duas ptes possint teneanſ ꝛ debeāt visa solū tali deliberatiōe sine alio pcepto vel mādato de quacūq; pecunia dicti cōmunis que puenit seu pueniet ad eoꝝ manuſ dare ꝛ soluere dictis dñis poribus vsq; in vigintiqnq; lib. deñ. tpe cuiuslꝫ porat᷒ ꝛ nō vltra: Et q̄ si vltra dictā q̄titatē soluereſ de eoꝝ ꝓprio soluisse intelliganſ ꝛ nō de pecunia vel hauere cōis pusie: Et nihilominus qlibꝫ ɔ̄faciēs incidat in penā qngentaꝝ lib. deñ.

¶ De modo satisfaciēdi creditoribus veteribus camere massariorum a quinq; annis citra ꝛ alijs ab inde retro. Rubrica. 456.

QUia Manifeste asserif in camera existere quāplurimos in libris dicte camere extraordinarijs causis p dicti cōis creditoꝝ registratos ꝛ p administratione iustitie ꝛ ciuiū mutare pueniat ꝛ formā aliquā tradere quo ipsis satisfiat: pñti caplo duximus statuēdum q̄ massarij cōis Perusie possint ꝛ eis liceat soluere ꝛ satisfacere sine aliquo pcepto vel mandato de pecunia dicti cōis oibus ꝛ singulis creditorib᷒ dicti cōis in dicta camera registratis seu descriptis q aliqd a qnq; annis citra vꝫ ab anno dñi. M. ccc. lxxxiiij. a kl. aprilis dicti anni vsq; ad kl. maij pñtis anni. M. ccc. lxxxviij. seu. J. dictū tps iuste tenereſ aliquā flo seu pecunie q̄titatē quacūq; rōne vel cā illā q̄titatē quā recipē tenereſ satisfaciēdo talib᷒ creditorib᷒ ꝛ cuilꝫ eoꝝ put ipsi massarij poterūt de introitib᷒ eorūdē: Illis do creditorib᷒ q qnq; annis retro in dcā camera aliqd iuste suscipē tenerenſ occasiōe q̄cūq; sit licitū ꝛ pmissus excōputare ꝛ excōputū facē p oib᷒ ꝛ de oib᷒ ꝛ singulis pdēnatiōib᷒ q̄s ipsi creditores vel eoꝝ pſes filij ꝛ fr̄es carnales seu nepotes eoꝝ vel alicui᷒ eorū seu eoꝝ aliqs soluē tenerenſ vꝫ de aut sup maleficijs de qb᷒ ꝛ sup qb᷒ fieri pt ɔcordia scđz formā statutoꝝ ꝛ ordinamētoꝝ cōis pusie: Et talē excōputationē facere in ea q̄titate ꝛ sofa put tales creditores suscipere tenerenſ: Et q̄ ipsi massarij possint teneanſ ꝛ debeāt sub pena qngētaꝝ lib. deñ. p quolꝫ ɔ̄faciēte ꝛ vice q̄lꝫ talib᷒ creditorib᷒ ꝛ eoꝝ pr̄ib᷒ filijs fr̄ib᷒ carnalibus ꝛ nepotib᷒ ꝛ cuilꝫ eoꝝ de ꝛ sup cōdēnationibus latis seu ferēdis de ꝛ sup maleficijs vel delictis de qbus aut sup qbus fieri pōt ɔcordia tale excōputū admittere ꝛ admitti facē ꝛ ad eoꝝ itroit᷒ ꝛ exitus p eoꝝ notarios ꝛ fancellū libere licite ꝛ ipune put capiet ꝛ sūmabit talis q̄titas ꝛ put ꝛ sicut fuerit oportunū: ꝛ alr vel alio mō soluere talib᷒ creditorib᷒ vł alijs qbuscūq; psonis seu excōputare aut satisfacē nō possint vł deānt q̄quomodo nisi iuxꝫ ꝛ fꝫ exigētiā pdcōꝝ aliā q̄d loqreſ i ɔ̄riū q̄uolꝫ nō obstāte dūmodo istud caplm nō sit ɔ̄ capla dñi nr̄i ducē.

¶ De qñtitate soluenda p reparatione camerarum locatarum seu locandarum. Rubrica. 457.

Massarij Cõis Perusie possint et eis liceat precedente tñ delibe/ratione dñor priorum et camerariorum obtẽto partito ad bussolã et fabas albas et nigras saltẽ p duas partes oi vice qua opus fuerit expẽdere d pecunia dci cõis q pueniet ad eorum manus seu puenire dberet ex pciis camerarum dci cõis dputatarum camere massariorum p re/paratiõe tectorum hostiorum et fenestrarum qñtitatẽ oppor tunã in ea sũma put et sicut p dños priores et came/rarios extiterit declaratũ aliquo non obstante.

¶ De qñtitate soluẽda p libris et cartis cera attra/mẽto et duice ex causis iscriptis. Rca. 458.

Item dicti Massarij possint sine alio pcepto vel mãdato expendere et soluere de quacũq3 pecunia dicti cõis q peuenit seu peuenier ad eorum manus p cartis bõbici/nis/pecudinis/cera rubea/vernice/attramento pro ligaturis et copiis librorum et p aliis similibus oppor tunis p cancellaria cõis pusie notario dñorum priorum/officialibus sup custodia/officiali sup bullectino/of ficialibus sup vnione sindicatoribus officialiũ forẽ/sium p camera dictorum massariorum et cuiusq3 eorum tpe officii cuiuslibet massariatus p tpe semestrali in totũ vsq3 in qñtitatem septuaginta flo. auri aliquo quod loqueretur in contrariũ quolibet non obstante.

¶ De electione notariorum sup registris camere mas/sariorum et abundantie. Rubrica. 459.

Quum pro Ordinatione introitus camerarũ massariorum et abũdantie cõis pusie sit non solũ vtile s3 sũme neces/sariũ puidere vt deputet vnus diligens et exptus et fidelis notarius sup registris p vtraq3 camera cũ of/ficio et ptãte put est et h3 notarius camere psuatorum ad hoc vt introitus vtriusq3 camere sb debita ordi/natione pcedãt: pñti capso duximus statuendum q decetero semp sit et esse debeat et deputari vnus no/tarius fidelis exptus et diligẽs ciuis pusinus sup re/gistris camere massariorum et camere officialiũ abun/dãtie et vtriusq3 eorum cũ officio et ptãte put h3 et exer cere põt notarius sup registris camere cõseruatorum cũ salario. xxx. flo. de auro in anno sine aliqua solu/tiõe v l retẽtione gabelle cuius qdẽ salarij dimidia soluat et solui debeat sine alio pcepto vel mandato solũ visa eius electiõe p massarios cõis pusie et alia dimidia soluat et solui debeat p officiales abũdãtie. ¶ Volentes et decernẽtes q idem notarius et non alius solũmodo possit teneat et dbeat registra cõpo/nere sicut sit in camera psruatorum de cõmunãtijs gabellis et postis dicti cõis vendendis per massa/rios et officiales abundãtie vel aliquem officialem cõis Perusie et ẽt registrare quãtitates que solue/rentur p emptores vel socios gabellarum et ẽi cassare de registris legitime cassandos vigore quorũcunq3 ordinamẽtorum q fierẽt legitime sufficienter eo modo et forma put fuerit oppotunũ et put et sicut facere tenet notarius sup registris camere psruatorum: Vo/lentes et decernẽtes q pfatus notarius nõ possit vel debeat qq mõ registrare aliquã qñtitatem flo. seu pe/cunie/grani/vel bladi q solueret massarijs vel eorum fancello seu officialibus abundãtie seu eorum fancello nisi pmitus talis qñtitas q solueret vel mẽsuraretur missa fuerit opportune adintroitũ: Et si talis regi/stratio 9 dictam formã fieret nõ valeat ipso iure: Et nihilominus incidat in penã. cccc. lib. dcñ. vice qlz/nisi fieret alicuius ordinamẽti sufficiẽtis cũ arbitrio opportuni psily del adundãtie gñalis: Et qr tales of/ficium regrit psonã fidelẽ doctã pariter et expertam psiderantes fidei diligẽtiã et sufficientiã ser Nicolai gily notarij de pusio porte. s. Susanne i pñti tenore pñtis capsi ad dcm officiũ p tpe trium annorum inci/piẽdorum i kl. iulij pxime d pñti ãno. M. ccclxxxviij. cum dicto salario et alijs muneribus in dicto officio duximus eligendũ et eligimus aliquo nõ obstante: ¶ Decernimus q decetero post finem officij dicti ser Nicolai/vel. s. pmitti electi ipse idem notarius. I. tps sui officij possit refirmari vacatione aliqua non obstante vel alius eligi ad hoc vt semp dcm officiũ vigeat put et sicut per dominos priores et camera/rios artium qui pro tempore fuerint ante finem of/ficij talis notarij fuerit quomodolibet prouisum seu declaratum aliquo non obstante.

¶ Q notarij officialiũ ciuiũ inlicitis et officiũ con/cernẽtibus pareãt eorum officialibus et eorum surro/gatione si negligerẽt. Rubrica. 460.

Ad hoc vt pro Utilitate pu/blica et execu/tione debita agendorum notarij ad aliquod officium cum alijs ciuibus officialibus publicati seu publi/candi vel asr eligendi sicut congruit reddantur vi/gilantiores circa executionẽ debitam pcernentium eorum officium et ad parendũ in licitis et honestis eorum officium tangentibus eorum officialibus put decet presenti capitulo duximus statuendũ Q de/cetero omnes notarij qui quomodolibz publicabũ/tur vel asr eligentur ad aliquod officium ex officijs conseruatorum massariorum officialium abundan/tie salarie gabelle grosse vel aliquod aliud officium sub aut cũ aliquibus officialibus ciuibus tam ciui/tatis q comitatus perusie teneantur et debeant pa/rere efficaciter eorum officialibus circa administra/tionẽ eorum officij et in eorum officio concernentibus de/

bitis ꝛ honestis ꝛ assidua vigilãtia excubare circa exercitiũ ꝛ gestionẽ officij ꝛ libros ordinate cõponere ꝛ assidue tã introitus ꝙ̃ exitus ꝛ alia quecũqꝫ emergẽtia in eoꝝ vel alicuius eoꝝ officio mittere ꝛ seriose describ̃ ꝑut decet: Et oia ꝛ singula facere ad q̃ tenenť circa tale officium ad qđ esset quolꝫ aliqs elect⁹ publicatus vł surrogatus oi negligẽtia ꝓcul pulsa: Et si negligẽtiaꝫ aliquã cõmitteret in ꝑmissis vel aliq̃ eoꝝ vel non parerẽt ipsi vel aliquis eoꝝ ꝙ dñi ꝑores ꝛ camerarij artiũ dicte ciuitatis Perusie ad requisitionẽ officialiuꝫ talium notarioꝝ seu notarij negligẽtiuꝫ vel remissoꝝ seu negligẽtis vt remissi possint teneanť ꝛ debeant alias vel alium loco inobediẽtium seu inobediẽtis vel remissi idoneum vel idoneos surrogare ꝛ eligere omni vice vacationem aliquam nõ habentem ꝑ formam aliquoꝝ statutoꝝ cõis ꝓdcti: Et si dicti dñi priores ꝛ camerarij circa predicta vel eoꝝ aliqđ negligentes seu remissi fuerint ipso facto incidãt in penaꝫ.cccc.lib.deñ.ꝑquolibet ꝛ vice qualibet cum effectu.

Q2 massarij ꝛ eoꝝ notarij ꝛ fancellus debeant iurare eorum officium coraꝫ dominis prioribus. Rubrica.461.



Tam ius iurãdi Religio sit ab oibus obseruãda: cuꝫ si ꝓtẽpta fuerit/hẽe soluꝫ deũ nõseať vltorem:ꝑñti caplo duximus statuendũ ꝙ ꝑ obseruantia oium statutoꝝ nouiter editorum massarijs cõis Perusie ꝛ eoꝝ notarij ꝛ fancellus possint teneanť ꝛ debeant coraꝫ dñis ꝑoribus artiũ ciuitatis Perusie anꝙ̃ incipiant officium prestare cancellario in forma debita sacramentuꝫ ad sancta dei euangelia noie cõis Perusie recipienti ꝙ eorũ officium bene legaliter ꝛ fideliter faciẽt ꝛ exercebũt iuxta ꝛ ẽm formam ꝛ exigentiã dictoꝝ statutorum nouiter editorum sub anno dñi.M.cccc.die vltimo martij publicatus ꝛ eoꝝ obſuantiaꝫ adimplebunt in his ꝛ sup his q̃ eoꝝ officiũ ꝓcernent vel tãgerent q̃q̃mõ vel ad ipsos quolibet ꝑtinerent seu possent rõne aliqua ꝑtinere ꝑ formam taliũ statutoꝝ: Et si ꝑsumerẽt ꝯ̃ dictam formã eoꝝ officiũ quolꝫ exercere ꝙ ipso fcõ ꝛ vice qualibet incidãt in penam.cccc. lib.deñ.ꝑ quolibet ꝛ vice qualibet de facto ꝑ maiorem sindicum auferendarum aliquo nõ obstante.

Q2 massarij notarij fancelli/ꝛ nuncius debeant diligentissime sindicari. Rubrica.462.

Item Q2 massarij cõis Perusie eoruꝫ notarij fancellus ꝛ nũcius ꝛ qlꝫ ipsoꝝ ꝛ oia ꝛ singula ꝑ eos ꝛ quẽlibet eoꝝ gesta ꝛ administrata tpe eoꝝ officij q̃q̃ mõ possint ꝛ debeãt diligentissime sindicari ꝛ examinari ꝑ maiorem sindicum ciuitatis Perusie ẽm formã statutoꝝ ꝛ presertim de ꝛ sup obseruantia caploꝝ oium contẽtoꝝ in ꝑñti volũie statutoꝝ nouiter editoꝝ ꝑut i ꝑcedẽti capitulo denotatur ꝛ in q̃tum in aliquo negligẽtes fuerint seu aliquid egerint ꝯ̃ eoꝝ ꝛ cuiusqꝫ eorum exigentiam ꝙ puniri ꝛ condemnari debeant in penis ꝛ ꝑut ꝛ sicut in ipsis capitulis quolibet est expressum aliquo non obstante.

Q2 massarij cõis nõ possint renũciare officiũ vel cessare ab administratiõe officij. Rca.463.



Uoniã Supuacaneum esset bonos officiales circa massariatus officiuꝫ eligere si ꝑ eoꝝ libito volũtatis cessarẽt officij vel renũciare possent officio ãndicto: Et tã ꝑ publicãdos ð saccbulis ꝙ̃ ꝑ surrogandos seu alr̃ eligendos circa tale officium negocia publica vtilr̃ pagantur:ꝑñti caplo duximus statuenduꝫ:ꝙ nulli q̃ ad officiũ massariatus cõis ꝑusie impostez quolibet fuerit publicatus seu alr̃ surrogatus vel electuꝫ sit licituꝫ vel ꝑmissum aliqua rõne vel cã tali officio renũciare directe vł indirecte quoscũqꝫ ꝛ qualrcũqꝫ seu cessare ab administratione ꝛ cura officij ãndicti q̃ minus officiũ tpꝫ vtilr̃ ꝛ fidelr̃ exequať sb pena ꝛ ad penã mille.lib.deñ.ꝑ q̃libꝫ ꝛ vice qualibet de facto auferendaꝝ ꝑ maiorẽ sindicũ vel aliuꝫ quẽcũqꝫ officialem dicti cõis sb dcã pena.

Siqs aũt ex ipsis publicandis surrogandis vel alr̃ eligendis moriref vel aliquo casu grauissime ꝛ manifestissime infirmitate impedireť adeo ꝙ nullatenus rõne grauitatis manifestissimi morbi posset tpm officiũ exercere/ꝙ tunc liceat dñis prioribus ꝛ camerarijs artiũ ciuitatis ꝑusie obtẽto tñ partito ad bussolaꝫ ꝛ fabas albas ꝛ nigras ꝑ duas partes ad minus aliũ sufficientem ꝛ idoneũ de eadẽ porta vacationẽ tñ aliquã nõ hñtẽ ꝑ formã aliquoꝝ statutoꝝ cõis ꝑusie eligere surrogare ac diligẽtissime ꝛ vtilr̃ deputare loco talis mortui vel alr̃ vt.s.Qui sic eligendus seu surrogandus teneatur ꝛ debeat tale officium administrare ꝛ gerere sub pena ꝛ ꝑut superius est expressum aliquo non obstante.

De salario soluendo ratiocinerijs maioris sindici. Rubrica.464.

Massarij Cõis perusie possint ꝛ debeant sine alio precepto vel mandato de quacũqꝫ pecunia dicti cõis soluere anno q̃libet ratiocinatoribus maioris sindici ꝑ salario eoꝝ ꝛ cuiuslibet ipsoꝝ solum visa eoꝝ electione seu publicatione flo.octo de auro aliquo non obstante.

De q̃titate

¶ De q̃titate soluẽda medicis iudicia dãtibus su/per cicatricibus. Rubrica.465.



Tem Dicti massarij possint et debeant quotiens casus emerserit aliquẽ medicũ ferre iudiciũ in aliquo casu mẽbri debilitati vel cicatricis vl alr̃ s3 formã statutoꝝ de tali materia disponẽtiũ soluẽ cuil3 medico q̃titatẽ debitã et ↄsuetã s3 formã hmõi statutoꝝ.

¶ De expẽsa faciẽda p cãpanis aptãdis et manu/tenendis et horilogio cõstruendo in palatio domi nowum priorum. Rubrica.466.

Item Dicti massarij possint teneant et debeant de qbuscũq3 introitibus pacturis ex mõtemalbe vel de alia quacũq3 pecunia que peruenit seu pueniet quõlibet ad eoꝝ manus expẽdere dare et soluere officialibus massaritiaꝝ cõis pusie totiens quotiẽs opus fuerit p aptãdis et manutenendis cãpanis existẽtibus in turri palatij dñoꝝ priorũ et reparatione dicte turris et etiã pro horilogio cõstruendo in dicta turri omnẽ q̃titatem flo. seu pecunie/put et quẽadmodũ declarabit p dños priores et camerarios q p tpe fuerint et omni vice q̃ fuerit quõl3 declaratũ et sub illa pena et illis tpibus ac modis obtẽto partito omni vice qua aliqua ꝓuisio seu declaratio fiet vt supra ad bussolas et fabas saltem per duas partes vtriusq3 collegij.

¶ De registro pro represalijs registrãdis faciẽdo. Rubrica.467.

Item Ipsi massarij ad bullectenũ cancellarij vel abbreuiatoris reformationum dicti cõis expẽsis cõis pdicti et de quacũq3 pecunia que ad eorũ manus puenit seu pueniet possint et debeãt fieri facere vnũ registrũ in mẽbranis sub tabulis ligatũ stare debẽs in cãcellaria dicti cõis pro represalijs describendis aliquo non obstante.

¶ De q̃titate expendenda in casu funeris alicuius ex dñis priorib' artiũ ciuitatis pusie. Rca.468.

QUm Sit semel oĩbus mortalib' via calcanda leti et qđ deus auertat/posset cõtingere aliquẽ ex nũero dñoꝝ prioꝝ artiũ ciuitatis Perusie p tpe existentiũ decedere eius durãte officio: Statuimus q̃ quotiens casus emerserit/massarij cõis Perusie ad mãdatũ dñoꝝ prioꝝ et camerariorũ artium ciuitatis pusie qui pro tpe fuerint possint et debeãt expẽdere de quacũq3 pecunia cõis Perusie vel soluere p honorãdo funus cuiuscunq3 prioris qui decederet in posterũ eius durãte officio illã flo. seu pecunie q̃titatem et illis de causis et eo modo et forma prout et sicut per dominos priores et camerarios fuerit declaratum.

¶ De pecunia expẽdenda pro abundãtia faciẽda. Rubrica.469.

PRo Nutrimẽto populi Perusini: Statuimus q̃ massarij cõis Perusie ad mandatũ seu declarationẽ dñoꝝ poꝝ et camerarioꝝ artiũ ciuitatis Perusie qui p tpe fuerint omni vice possint et debeãt pro abũdãtia faciẽda in ciuitate et comitatu pusie oẽm q̃titatẽ flo. et pecunie ad eoꝝ manus peruẽturã soluere officialibus abundãtie et etiã quoscũq3 introitus deputare et ↄsignare totiẽs et prout et quẽadmodũ per dños priores et camerarios fuerit declaratũ obtẽto partito ẽt de leuãdo ad sedendũ vel ad bussolas et fabas per duas partes.

¶ Q fratres capl̃m et cõuẽtus sancti dominici habeant curã et gubernationẽ capelle inferioris sancti Herculani de porta.s.petri. Rubrica.470.

Item Uolumus q̃ fratres et cõuentus sancti dominici habeãt curã et gubernationem decetero capelle inferioris sancti herculani de porta sancti petri: Et oĩa munera et oblationes et commoda pertineãt ad capellanũ eligendũ per dictos fratres et capl̃m aliquo non obstante.

¶ Q vltra exitus in pñti statutorũ volumine cõtẽtos massarij cõis pusie nihil possint expẽdere sine de liberatione cõsilij opportuni. Rubrica.481.

QUoniam Immoderati seu inordinati exitus nõ solum priuatoꝝ substãtias sed etiã cuiuslibet opulentissime rei publice dissipãt et euertũt: pñti salutari capitulo duximus statuendũ: Q massarij cõis pusie nõ possint nec debeãt quoquomodo iure causa seu forma directe vel indirecte p se vel aliũ quocũq3 aut qualitercunq3 vltra exitus cõtentos in volumine pñtium statutorũ et ordinamẽtorũ cõis pusie aliqđ pagamẽtum seu solutionẽ aliquã facere vel aliqđ aliud dare vel concedere de bonis aut pecunia seu rebus cõis Perusie que quocunq3 aut qualitercũq3 puenerint ad eoꝝ manus ꝯ seu preter formã seu exigentiã pcedentiũ statutoꝝ in hoc volumine cõtẽtoꝝ: Et si secus vel aliter facerẽt qđ factũ fuerit nõ teneat ipso iure: Et nihilominus p quolibet et vice qualibet incidãt in penã mille lib. deñ. p maiorẽ sindicũ aut quẽcũq3 aliũ officialẽ dicti cõis de facto auferendarũ: Et nihilominus qđ solutũ expẽsũ datũ seu cõcessum fuerit de eoꝝ proprio soluisse et dedisse intelligat/et nõ

T

